



Aus Grinberg's Archiv

17. 59. 2

PATIENTIAM IOBI^{7.}

ET

FINEM DOMINI

AD

ILLVSTRANDAM ET VINDICANDAM

HISTORIAM IOBAEAM

SISTIT

AC

SVMME VENERABILIS THEOLOGORVM ORDINIS

CENSURAE PVBLICAE EXAMINIQUE

MELETEMA HOC ACADEMICVM

SVBIICIT

PRO LICENTIA

SVMMOS IN THEOLOGIA HONORES

CONSEQVENDI

IN ACADEMIA LIPSIENSI

AD D. XXV ET XXVI NOV. A. R. S. MDCCXXXIII.

DISPVTVRVS

M. CHRISTIANVS GOTTLOB EICHLER^{g.}

HOECKENDORFF. MISN.

S. S. THEOL. BACCALAVREVS ET AD AEDEM

D. NICOLAI DIACONVS.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

PATIENTIAM IOBI

ET

FINEM DOMINI

AD

ILLUSTRANDAM ET VINDICANDAM

HISTORIAM IOBAEAM

SCRIPTIT

AC

SVMME VENERABILIS THEOLOGORVM ORDINIS

CENSURAE PUBLICAE EXAMINIQUE

MELIETEMA HOC ACADEMICVM

SVBICIT

PRO LICENTIA

SVMMS IN THEOLOGIA HONORES

CONSEQVENDI

IN ACADEMIA LEPSIENSI

AD D. XXV ET XXVI NOV. A. R. S. MDCCXXXIII

DISPUTAVIT

M. CHRISTIANVS GOTTLOB EICHLER

HONORANDI M. S. S.

S. S. THEOL. BACCALAVRVS ET AD AEDEM

D. NICOLAI DIACONVS

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEIMIANA

ILLVSTRIBVS
MAGNIFICIS EXCELLENTISSIMIS
PRAENOBILISSIMIS CONSVLTISSIMIS
PRVDENTISSIMIS

CONSVLIBVS

PROCONSVLIBVS

AEDILIBVS

PRAETORIBVS

ET RELIQVIS

ORDINIS SENATORII

QVI LIPSIAE FLORET

PATRIBVS CONSCRIPTIS

DE

SALVTE CIVITATIS EGREGIE PROMERITIS

ET CVM MAXIME MERENTIBVS

DIGNITATE MVNERIBVS ET FAMA

INCLVTISSIMIS

DISSERTATIONEM HANC INAVGVRALEM
QVALECVNQVE
GRATI ET DEDITISSIMI ANIMI MONVMENTVM
PRO BENEVOLENTIA SINGVLARI SIBI
CVMVLATISSIME PROBATA
OFFERT
PROSPEROS CONSILIORVM SVCCESSVS
VALETVDINEM IN MVLTOS ANNOS
SARTAM TECTAMQVE
AMPLISSIMARVM GENTIVM INCOLVMITATEM
PERPETVAM PRECATVR
IPSORVMQVE PATROCINIO
ET FAVORI PERPETVO
SE COMMENDATISSIMVM CVPIIT

DE
CHRISTIANVS GOTTLOB EICHLER.



A. Ω.



uae in fronte dissertationis nostrae conspiciuntur verba, deprompta sunt ex Diui Apostoli Iacobi epistola, eiusdemque Cap. V. v. 11. *την ὑπομονην Ιωβ ηκουσατε, και το τελος κυριου ειδετε.* Duo sunt, quae nobis vno ambitu indicantur. Primum occupant calamitates et patientia Iobi, alterum felix earum exitus diuino beneficio conciliatus. Calamitates et patientiam Iobi sistunt nobis verba: *την ὑπομονην Ιωβ ηκουσατε* * Υπομονην Apostolus nominat, et *Θραψεις* Iobi supponit, quandoquidem patientia sine aduersitatibus nulla est. Per ea, quae antecedunt, monuerat apostolus Hebraeos inter gentes dispersos de constantia in afflictionibus perferendis comprobanda. Nouerat, quid in suadendis virtutibus et flectendis animis exempla valeant; proinde prouocat 1) generatim ad exempla sanctorum prophetarum v. 10. *ὑποδειγμα λαβετε της κακοπαθειας αδελφοι και της μακροθυμιας τους προφητας οι ελαλησαν τω ονοματι Κυριου.* 2) Speciatim Iobum appellat illustrissimum in dirissimis calamitatibus exercitae patientiae exemplum, *την ὑπομονην Ιωβ ηκουσατε.* * Alterum, quod Apostolus refert, respicit finem et exitum calamitatum: *το τελος κυριου ειδετε.* Hipponensis episcopus,

AVGV-

* Obseruauit B. GEORG. RAPHELIUS in Annotationibus Philolog. in N. T. ex Polybio et Arriano collectis verbum *ηκουσατε* de lectione accipi posse, quandoquidem lectores apud Graecos saepissime nominentur *ακουοντες*. Rem nonnullis exemplis confirmatam roborauit in annotationibus in Scripturam S. ex Herodoto collectis p. 650. Sed non video, quid obstat, quo minus primam vocis

A

pete-

AVGVSTINVS hic finem et exitum domini nostri Iesu Christi vidit, quem, teste GVILIELMO ESTIO in commentariis ad Pauli et aliorum Apostolorum epistolas, secutus est BEDA cum aliis, sed paucis. Prouocant ad vim vocis *sideu*, quia multi aevo isto mortem nostri Sospitatoris viderint, Iobi finem nemo. Sed non satis firmum hoc argumentum videtur, siquidem inter omnes constat, το *sideu* quamcunque cognitionem, siue fiat oculis, siue mente, inferre. Omnia, quae circumstant, euidentissime docent, non alium finem hic concipiendum esse, quam quem Deus calamitatibus Iobi hinc destinauerit, hinc fecerit, vt scilicet, quod Iacobus ipse subiungit, manifesta fieret misericordia Dei, *ὅτι πολυσπλαγγχος εστιν ὁ Κυριος καὶ οικτιρμων*. Potestas igitur genitiui του Κυριου est causae efficientis, cuius rei plura dedit exempla B. SAL. GLASSIVS in *Phil. S. L.* 3. Tr. I. can. 30. n. 1.

§. II.

Interpretes, qui libro Iobi, ad cuius historiam Iacobus prouocat, operam dederunt, multum studii impendunt partiendo eius argumento. Varias variorum sententias collegit summe Venerabilis IOH. GOTTLIB CARPZOVIVS in introductione ad libros canonicos V. T. P. II. p. 76. Superfedere possumus his curis, quum ipse Spiritus S. per Iacobum nos edocuerit, qua ratione totus Iobi liber optime diuidi queat. Sistitur nobis nimirum 1) ὑπομνη Ιαβ Cap. I. vsque ad XLI. et 2) τέλος Κυριου siue laeta rerum catastrophe Cap. XLII. Hunc ducem secuti inscripsimus nostram dissertationem de patientia Iobi et sine Domini, in qua nobis constitutum est, fata Iobi illustrare, et a recentiorum quorundam interpretum coniecturis vindicare. Quorsum in primis pertinet liber, qui anno superiori Germanico idiomate conscriptus prodiit sub titulo: *Recht beleuchtetes Buch Hiobs mit vielen dabey gemachten neuen Entdeckungen, noethigen Anmerckungen und erbaulichen Nuzanwendungen.* * Auctor est

potestatem teneamus, ramesii enim, monente B. IOH. CHRISTOPH. WOLFFIO in Bibliotheca Hebraea et suffragante Ven. SIGISMVNDO IACOBO BAVMGARTEN, Theologo Halensi celeberrimo, in introductione interpretationi libri Iobi elegantissime conscriptae praemissa, liber a Iobo denominatus apud Iudaeos in Synagoga publice lectus et auditus non sit, a publica tamen lectione negata ad negandam etiam allegationem in tradendis oraculis diuinis, atque sistendis virtutum exemplis, non valet consequentia.

* Partem I. et 2. libri huius in manibus habemus. tertiam et vltimam adhuc expectamus.

est Plurimum Reuerendus IACOBVS KOCH, apud Mega Bercken-
lenfes in terra Hannouerana verbi diuini minister, qui nobis hic no-
uos, sed valde obscuros, Hebraeae linguae recessus pandit, ex qui-
bus nouam Iobi historiam adornauit.

§. III.

De lingua quidem Hebraea tenet communem haecenus vi-
guisse apud Lexicographos superstitionem, omnes radices ad ter-
narium litterarum numerum reducendas esse, quam tamen eruditi
suppositis radicibus biliteris haecenus profligauerint. * Vltorius
sibi progrediendum esse existimat Vir doctissimus, et biliteras ra-
dices in monadas, vt loqui amat, resoluendas statuit. Hanc de-
mum rationem naturae conuenire, memoriamque egregie iuuare.
Proinde quae in praefatione paucis monuerat, in prodromo pro-
lixius exponit, ac primo quidem dubiam eorum fidem reddere
cupit, qui in interpretatione Codicis Hebraici Arabicam, aliasque
linguas orientales, imo Rabbinos, in subsidium vocant. **

A 2

§. IV.

* Semina vocum in nonnullis bilitera dari, quin et radices quasdam trilateras ad
vocem priorem biliteram, a qua deriuentur, reuocari posse, imo debere, ipsi
etiam Lexicographi docent. Testem appello Magnum IAC. GVSSETIVM
in commentariis linguae Hebraeae, sub voce מַבְּרָה Edit. Amstel. 1702. Res
non particularium solum exemplis liquet, vt: מַר לִי לֵאמֹר בֵּל גַּם et מַר, sed
et nominum, qualia esse possunt: עַץ סֵר עַץ etc: Certe דַּר potius esse radix vi-
detur, quam דַּרְר vel דַּרְרָה, debuit enim piscis prius notus fuisse, quam de eius
piscatione, aut de proprietate multiplicandi, cogitaretur. Sed omnium omni-
no Hebraicorum vocabulorum dari bilitera primitiua, omnes omnino radices
trilateras agnoscere radicem priorem biliteram, adhuc est demonstrandum. Sa-
ne multas trilateralium radicum primigenias esse, nec aliunde ortas, inde li-
quet, quod non habeant, qui secus sentiunt, vnde deriuent eas. Ceterum vide
CHRISTIANI BENEDICTI MICHAELIS dissertationem de vocum semi-
nibus, et litterarum significatione Hieroglyphica, vbi aduersus B. CASPAR.
NEYMANNVM, Antistitem Vratislauensem, qui eandem de radicibus trili-
teris in biliteras resoluendis tibiam inflauit, prolixè disputat, et multis exem-
plis contrarium euincit. Prodiit haec dissertatio Halae 1709, recusa 1717.
adde cl. M. FRIDERICI CHRISTIANI KOCHII Grammaticam Hebraeo-
rum philosophicam §. 114.

** Vltimum hoc in exegesi refugium, cuius vsus in interpretatione *שׁוּאָה*, saltè-
rarius *לֵוְיִטָּה* potissimum obtinet, nec vituperandum hunc vsum esse, colla-
tur modo abusus, qui vbiuis Arabicas, Persicas, Aethiopicas radices videt, ipsa
conuenientia linguarum orientalium, prout eam lexica Harmonica docent, de-
monstrat. Praestantissimi philologi Hebraeam linguam pro matre, reliquas
orientales pro filiabus siue dialectis habent, filias ergo matri obstericari, et mul-
tarum vocum radices ex cognatis linguis repetendas esse, consentiunt, quod,
qua

§. IV.

Quibus praemissis, quid de dictione Hebraea sentiat, vir doctus exponit, nimirum vocabula maiora ex minoribus, minora ex literis significantibus orta cupit, literas Hebraeorum esse sonos animantium ab Adamo per Gen. II. 20. obseruatos, summaque significandi latitudine gaudere. Dimidium fere Hebraicarum literarum numerum hodie adhuc ex vocabulis minutis constare, quorum quodlibet notionem generalem, appositis aliis demum determinandam, obtineat; vnde ad reliquas infert, cum par parium sit ratio. *

Hanc

qua ratione instituendum sit, docet B. IOH. IACOB RAMBACH in libro posthumo: *Erläuterung über die Institutiones Hermeneuticae Sacrae* P. II. p. 54.

* Cel. Auctor equidem Cabbalisticae literarum mysteria se reicere profiteretur, alienumque se esse ab hypothesi doctissimorum illorum virorum, qui potestates literarum hieroglyphicas fingunt, docet. Sed iudicium esto penes lectorem. Nostrum non est has dirimere lites. Si tamen dicendum, quod res est, in plerisque cum illis conuenire videtur. Euoluas, quae so, notionem literarum hieroglyphicas a S. R. CARPZOVIO in Critica S. Cap. V. Sect. 3. exhibitas, videbis, parum eas differre a conceptibus nostri interpretis. Ita \aleph illis praesentiam eminentem et praecipuam designat nostro: *das zu erst gedenkende, oder erst seyende*. \beth illis: continere aliquid in se, immanere; nostro: *einmalig bemittelt seyn*. γ illis elationem; nostro: *ein weich, leicht empor gehend, erhaben seyn*. Et sic porro. Ingeniose haec conficta sunt, sed vereor vt iudicium, ϵ ! lepidum luxuriantis ingenii commentum! quod tamen in praefatione anteuertere voluit, effugiat. Sane multa gratis supponuntur. Mira, ne dicam inepta, est genesis linguae sanctissimae, ab animantium sonis et vestigiis petita, qua tamen adeo delectatur, vt multas animalium voces etiam nunc Hebraice sonare affirmet. Ita e. g. ouem clamando *be* indicare multum vtilitatis sibi inesse, pullum suo *pi* pabulum sibi poscere, ita alaudam non secundum poetae fictionem *tirili*, sed maiori verborum apparatu, canere *di, di, di, rei rai- zhi*, *schir schiru eli i. e. fati, fati, fati*, pascuum meum video, canticum cantate Deo meo. Sic et gallicinum mox in statu absoluto *chock, chock, chock*, quod Hebraeis legem notat, mox in statu constructo *chukke ri*, et mox cum addito *okeria* infert legem custodiae et laudis diuinae. Credat Iudaeus Apella. Quis vigilans haec somniabit? Deus solus et immediatus est linguae primae auctor, qui eam ad suum arbitrium instituit, ac inter alia $\chi\alpha\rho\sigma\mu\alpha\tau\alpha$ protoplastis tradidit, ita tamen, vt pro rerum denominandarum diuersitate augeri et amplificari ab hominibus posset. Quod vt euincam, non prouocabo ad prouidentiam diuinam in creatione hominis occupatam, quae omnino requisit, vt homo omnibus numeris absolutus, in primis quoad ea, quibus a reliquis animalibus differt, vt est ratio et oratio, creareretur, proinde Targum Onkelosi verba Gen. II. 7. factus est homo in animam viuentem, reddit: והיה נאדם : לרוח ממללא Prouoco ad ipsam Scripturam sacram, quae diferte docet, quod Deus non tantum ipse ante, quam creatus fuit Adamus, lucem, tenebras,

expan-

Hanc autem totius linguae Genesim esse: Adamum quaedam animalia ab ipsis ex se editis sonis denominasse, ex omnibus sonis fedecim, vel viginti, vocabula minuta, generali potestate instructa, formasse, vnde tandem conceptui generali maxime idonea per compositionem ad voces polysyllabas eleuauerit; quid quod? ipsa vestigia animantium, in arena expressa, fuisse signa mneumonica, quae composita vocabulis maioribus originem dederint. ** Vt

A 3

disting-

expansum, terram, nominibus suis vocauerit, (quae si cum RICHARDO SIMONIO non secundum literam et veritatem historiae accipere velles, iniurius esses in simplicitatem historiae et veritatem. vid. Ven. CARPOVIVM in Critica S. P. I. cap. V. Sect. 2. §. 3.) sed et cum Adamo locutus sit ante quam *ονομασθησιν* animalium fieret.

** Inimica est et imagini diuinæ et Scripturae S. Viri Docti hypothesis de vocibus cum simplicibus tum compositis, ab animantium sonis, immo etiam vestigiis petitis, parumque abludivit a fabula, quam Horatius de primis hominibus mutis cecinit Libr. I. sermonum, sat. 3. Equidem Deus ad Adamum accessit animalia, non tamen eo fine, ut ab ipsis loqui disceret, quod quomodo cum sapientia concreata consistere queat non video, sed ut luculentum sapientiae concreatae documentum ederet, ex quo posteri post amissam imaginem diuinam cognoscerent, quam egregie cognitam Adamus habuerit naturam animalium, qui ipso aspectu in naturam cuiuslibet penetrare, nomenque naturae ipsius conuenientissimum imponere sciuisset. Confer. MICHAELIS A LILIENTHAL dissertatio: de vocatis ab Adamo animalibus, Rostoch. 1710. Haec ipsa denominatio animalium auxit et amplificauit primaeuam linguam, non peperit, teste Cel. IACOBO CARPOVIO in meditationibus Philosophico criticis de lingua, eiusque perfectione, et in theologia reuelata dogmatica Tom. I. §. 1017. nec a sonis, nec a vestigiis arenae impressis, peti potest. Nam voces animalium in vno eodemque subiecto admodum variant, prout affectus ac sensus iucundi ac molesti variant, docente B. FRANZIO in historia animalium per CYPRIANVM aucta P. I. p. 408. Quomodo ergo naturam animalium exprimere possunt? Vestigia in arena formata in subsidium vocare, est fingere: vnde constat, illa in arena esse expressa? num aues etiam in illa constiterunt? Sed quid opus est his araneorum telis inhaerere, quum ea sit fabularum indoles, ut ipsae, sua inertia submotae, corruant. Ceterum non procul ab his coniecturis abfuisse videtur GVILIELMVS BAXTER in epistola ad EDWARDVM LLYVD Glossario eius antiquitatum Romanarum subiuncta, vbi per literas eundo singulas ostendere conatur, sonum vel potestatem literarum primum ad imitationem sonorum naturalium, v. g. bestiarum, formarum esse. Confer. B. IOH. CHRISTOPH. WOLFFII bibliothec. Hebr. Vol. IV. p. 313. Mallem, vir eruditissimus probasset, Ebraeam linguam primigeniam esse, eandemque, qua primii homines vsi fuerint. Multum enim ea de re inter eruditos fuit disputatum. GROTIUS, et qui Grotium vbique sequitur, IOH. CLERICVS linguam primaeuam inter res perditas referunt. Satis inepte IOH. PETRVS ERICVS

lin-

distinctius haec obscurius dicta euoluat, periculum facit, et singularum cum consonantium, tum vocalium notiones in tabula exponit, in aliis gradus diuersos, in aliis relationem oppositorum obtinere asserit, quod in primis de literis η et ρ dictum esse vult, quoniam

linguam Graecam pro matre linguarum omnium habuit, cuius vestigia pressit HERMANNVS VAN DER HARDT, refutatus a CHRISTIANO BENEDICTO MICHAELIS in dissert. de Hebraea, et affinis Orientalis linguis, a Graeca deriuandis. Vide de illustri hoc argumento praeter hunc Ven. IOH. GOTTLIB CARPZOVIVM in critica sacra P. I. cap. V. sect. 1. 2. Magnificum VAL. ERNESTVM LOESCHERVM de causis linguae Hebraeae Cap. 3. §. I. IACOBVM CARPOVIVM in libro singulari de lingua, eiusque perfectione p. 22. edit. auct. B. IOH. IACOBVM RAMBACHIVM in collegio histor. eccles. V. T. P. I. p. 233. B. BRANDANI HENRICI GEBHARDI dissertationes duas de primaeuitate linguae Ebraeae, Gryphiswaldae 1697. et IOH. IOACH. SCHROEDERI dissert. Philol. crit. de primaeuitate linguae Ebraicae. Marburg 1716. Nobis praeter argumentum primum ab etymologia nominum, ante diluuium et personis et locis impositorum, de quo vid. RAMBACHII collegium Histor. eccles. V. T. p. 234. argumentum ab *ovvua-Serua* animalium petitur decretorium videtur: quaecunque lingua habet nomina, naturam animalium clarissime exprimentia, ea haud dubie est primaeua et primo homini vsitata; Atqui Hebraea etc. Ergo etc. Maior sua luce radiat. Minor longius deducenda esset, nisi otia nobis fecisset illustris SAMVEL BOCHARTVS in Hierozoico, vbi non sine stupendo doctrinae apparatu docet, quam apte Hebraica nomina naturam et speciem animalium expriment. Aliter statuendum de caractere Hebraeo externo, videlicet literarum ductu, quem, monente Summe Venerabili SALOMONE DEYLINGIO nostro in obseruationibus S. P. III. obs. 25, nemo definiuerit, qualis ab origine fuerit. Idem de pronuntiatione ac sono literarum Hebraicarum tenendum docet CL. FRIEDERICVS CHRISTIANVS KOCH in Grammatica Hebraeorum philosophica. Sed redeundum nobis est in viam, a qua defleximus. Vir doctissimus, contra quem disputamus, eam quidem, quam inuit viam, facillimam esse existimat variis, quae in lexicis saepe vni voci tribuuntur, notionibus ad vnam, eamque generalem reducendis. Sed vereor, ne maioribus ambagibus nos implicet, totamque linguam Hebraeam dubiam, et in omnes partes, pro luxuriantis ingenii arbitrio, flexibilem reddat, quod ipse suo exemplo in historia Iobaea, eiusdemque interpretatione prorsus nota, satis comprobatum dedit. Iam sufficiat quaedam in medium attulisse exempla, vnde constet, quam obscuras et vagas notiones tantum non omnibus vocibus tribuat, ita e.g. וַיִּשָׁב ipsi est maiori ambitu circum afficiens varie, aut melius forsan curuus ille magnus afficiens varie. Oedipus sit, qui ex hac descriptione satanam velit augurari, quidni Draconem aut montem? Ita וַיִּשָׁב ein *umberwürcendes heruorgebendes rundes ding* solem denotat, quidni globum ignitum? וַיִּשָׁב eine *werckwürcers worzu seyende Werckstelle* mundum definit, quidni machinam textoriam? וַיִּשָׁב das nun da seyende so als das erste sinnliche nechst an und uns *ans* liegt, et sic porro.

niam prior vitam extinguat, posterior inferat. Quibus admissis facillimam fore conciliationem *εναρτιστοφαινας*, quae in 1. Reg. IV. 26. coll. cum II. Paralip. IX. 25. occurrit, scilicet אררת esse stabula vacua, אררתem autem stabula equis obsita.*** Rem mille aliis exemplis confirmari posse, operam tamen irritam fore, si quis omnes voces in monadas refecare velit, quum multae biliterae, ubi cum aliis coaluerint, notiones suas primas ac proprias deseruerint, nonnullae etiam trilaterae sonum rei vel animantis imitentur, adeoque radices simplices respuant. Vides igitur ingeniosas artes non vniuersales, sed valde circumscriptas esse. Paradoxa vere sunt, quae de primaeuitate linguae Hebraeae ex pronomibus, nec non characteribus generis masculini et feminini, probanda attulit. Parum abest, quin totam linguam aenigmaticam faciat, ubiuis enim metaphysicas, physicas, philologicas, ethicas, mechanicas, arithmeticas, mathematicas, oeconomicas definitiones, saltem descriptiones, exhiberi contendit, quibus tirones exerciti fuerint.*** Vnde quid de ipsa lobi interpretatione, secundum hanc methodum adornata, iudicandum sit, nemo non videt. Sed aliis haec vberius discutienda relinquimus, qui de fati lobi tantum dispicere constituimus.

§. V.

Omnis nostra de patientia lobi disquisitio irrita foret, si nec extitisset vnquam, nec, nisi fabula esset, quicquid de eo traditur. Equidem non paucos in eo errore versatos, nonnullos tamen falso accusari, scio. Obuium est illud de lobo quorundam magistrorum in opere Talmudico בכח כרתה ולא נכרה אדם לא היה ולא משל היה Sed peculiarem hanc esse sententiam R. Schemuel bar Nachmani, quam sapientes omnes reiecerint, docet R.

Menasseh

*** Forte haec conciliatio magis ingeniosa, quam vera videbitur. Quid, quaeso, intererit scire, quot *יחזקאל* vacua Salomoni fuerint? Num inde aut diuinitiae, aut potentiae eius, elucescere poterant? Alios conciliandi modos exhibuit IO. HENRICVS MICHAELIS in annotationibus vberioribus ad Hagiographa Vol. III. p. 663.

*** Lubentes largimur dari in lingua Ebraea nomina quam plurima essentialia, quae essentias rerum denominatarum expriment, eamque esse praesentiam huius linguae, quemadmodum de nominibus animantium obseruauimus. Largimur etiam, nonnulla, sed rariora, vocabula sonos rerum, quas designant, referre. Sed si vbiq; definitiones, descriptiones, et sonos quaerere velis, timeo, ne ab ipsa origine linguae aberres, et primis auctoribus assingas, quod nunquam ipsis in mentem venerit.

Menaffeh ben Israel de resurrectione mortuorum L. I. cap. 16. Magis in hunc errorem inclinasse, faltem dubius fluctuasse videtur R. Moses filius Maimon in More Neuchim Libr. III. cap. 22. * A Iudaeis ad Christianorum castra transeuntibus occurrit MENE-TRIERIVS, Iesuita, qui totam Iobi Historiam a Mose in usum Israe-
 litarum effictam, et Drama sacrum esse deliravit. ** BENEDICTVS SPINOZA quanquam negare non audeat, Iobum vnquam extitisse, *** eo vsque tamen in vesania sua procedit, vt librum Iobi cum impiis et absurdis poetarum gentilium commentis comparare non erubescat. Sic ipsi videtur cap. I. et II. Deorum pater bis concilium conuocare, et Momus Dei dicta summa cum libertate carpere. Sed nosse debuisset homo ineptissimus, quod in vulgus notum est, dudum ante Graecorum poetarum tempora Iobi librum extitisse, atque adeo nullum nominari posse poetam, qui tantam ferat aetatem, vt ad eius modos Iobi liber potuisset componi. IOH. CLERICVS, qui, ex communi eruditorum consensu, auctor est iudiciorum de RICHARDI SIMONII critica sacra, eandem tibiam inflat, Iobum quidem extitisse non negat, negat autem, quae de ipso traduntur, vnquam accidisse. Tragoediam potius exhiberi, inuita prorsus Minerva confectam, statuit. **** Pro-
 stigauit hanc Clerici audaciam B. IOANNES HENRICVS MAIYVS, Theologus Giesfensis, in dissertatione inaugurali de inspiratione librorum sacrorum, quam vide in appendice Repetiti Examinis historiae Criticae Textus N. T. a RICHARDO SIMONIO vulgatae. HERMANNVS VAN DER HARDT non dissentit, immo

eo

* Talmudicas de Iobo disputationes in compendio exhibuit Theologus ac Philosophus Helmstadiensis, IOH. CONRAD SCHRAMM, in dissertat. praeliminar. qua Iobum Talmudicum ex Baua Barra cap. I. examinat, vberiori addita Iobi descriptione, Helmst. 1716. Plura qui cupit, adest HENRICI MVHLER Apolog. Talmud. p. 9. IO. CHR. WAGENSEILII Sota p. 231. et BARTHOLOCCII Bibliothec. Rabbin. P. III. p. 558.

** Vid. Tom. IV. de Jugemens des Sauans. P. I. p. 88. 89. num. 187. et 1092. Adde SERPILII vitas Scriptorum biblicorum P. VII. p. 144. et Acta eruditorum Lips. Latina ad annum 1682. p. 226.

*** Sicuti diserte profiteretur in tractatu theologico politico Cap. X. Hoc tamen conicio, Iobum gentilem aliquem fuisse virum, et animi constantissimi, nam Ezechiel Cap. XIV. eum inter alios nominat.

**** Prostant sub titulo: sentimens de quelques Theologiens de Hollande sur l'histoire critique du vieux testament composee par Msr. SIMON PRETRE, a Amsterdam 1685. vbi inter alia ita: Il y a de l'apparence, que Iob a veritablement ete, puisque le prophet Ezechiel parle de lui.

eo vsque progreditur, vt manifestum esse homini, sano iudicio praedito, statuat; rem Iobi non ita crude foris esse gestam, sed symbolum factorum, et Drama sacrum de fatis populi Israelitici, quo ipso quid de iis, qui secus sentiunt, iudicet, perspicue fatis declarat. * Sunt tamen etiam nonnulli, qui *συμβολως* huc referuntur. Anabaptistas SIXTVS SENENSIS in bibliotheca S. Libr. VIII. haeresi X. negantibus historiae Iobaeae veritatem annumerare non dubitat, suffragantibus NATALI ALEXANDRO et PETERO IVRIO. Sed monuit GIBBERTVS VOETIVS, deficere idonea huius accusationis argumenta, in selectis disput. P. V. p. 638. Certe Meanonitas recentiores Iobum non modo in canonicis libris habere, sed etiam in exemplum patientiae vocare docet Summe Ven. IOH. GOTTLob CARPZOVIUS in introductione ad libros Canon. V. T. P. II. p. 34. Idem de B LVTHERO obseruandum, cui grauem dicam ideo scribunt Pontificii, quod historiam Iobi cum fabulis comparauerit. Ita facit ROBERTVS BELLARMINVS, quem GRETSERVS aliique sequuntur. Prouocant, en argumentum iniuctum! ad Megalandri sermones coniuales, et in primis titulum de Patriarchis et prophetis, vbi diserte affirmauerit, se non credere omnia ita esse gesta, vt in libro Iobi narrantur. Conferri etiam cupiunt titulum de libris V. ac N. T. vbi librum Iobi esse velut fabulae argumentum ad proponendum patientiae exemplum asseruerit. Sed scire debebant Pontificii, librum sermonum coniuualium

* Extat peculiare programma Helmstadii 1723. editum, sub titulo: Iobi Bostreni Iacobi, Israelis, Carmen I. in Samariam et rempublicam Israelitarum, in cineres versam, quo contendit in libro Iobi fara gentis Israeliticae a principio ad finem enarrari, atque Iobum pro imagine allectum esse, ad effingendum vniuersum statum populi Israelitici in summo flore, ac in extrema exilii calamitate. Vir doctissimus, qui in Ephemeridibus philol. disc. 5. docet, Moser ex Aegypto profugum ad Iobum se recepisse, ibidemque librum eius composuisse, nunc illum sub Hiskia ad consolandum populum, et quidem a propheta quodam, nominatim pontifice Zadoco, qui sub Manasse floruerit, conditum vult. Eandem professus est sententiam in praefatione ad Tom. I. in Iobum, quem historiam populi in Assyriaco exilio Samaria euerfa, et regno extincto, tragoe-diam sacram admirandi decoris appellat. Tomo secundo ordine ac distincto rem omnem se expediturum promissit, sed nemo hunc comum alterum ab ipso auctore flammis traditum expectabit qui norit primum publica auctoritate, fisco additum esse. Vide quae contra Hardtium mouerunt auctores celeb. Aët. Erud. Lipf. Germ. anno 1729. p. 232. Adde FRANCISCI WOCKENII programma, quo ad Iobum publice audiendum inuitat, et de praeiudiciis quibusdam criticis, in Iobi lectione euitandis monet. Viteb. 1729.

uualium non legitimam Lutheri sobolem esse, quum plura contineat, quae cognitae eius sententiae aduersantur. Ineptum igitur est ex libro, qui vigesimo post LUTHERI obitum anno ab aliis confarcinatus, et subinde mutilatus, atque adeo maxime dubius est, de beati Viri doctrina iudicare. Deinde non satis dextre verba LUTHERI vel allegantur, vel explicantur. Nuspiam ille asseruit, historiam Iobi esse fabulam, quales illae a Phaedro scriptae sunt. Diserte pronuntiauit, se librum Iobi pro vera historia habere, sed de hoc dubitauit, an colloquia inter Deum et satanam Iobum et amicos, ita habita sint, vt nunc in librum relata leguntur, adeoque dum librum Iobi esse velut fabulae argumentum statuit, non ratione materiae, sed ratione formae, cum fabula comparauit, quemadmodum nonnulli totum Iobi librum instar Dramatis faci in Protasin, Epitafin, et Catastrophen dispecisci posse docent.** Ceterum non fabulam agi, non fingi personas, non Herculem fictitium induci, sed historiam tradi dignissimam memoria temporum, demonstrabimus argumentis cum insitis, tum aliunde accersitis. Argumenta insita in ipso libri limine se offerunt: אִישׁ הָיָה כַּמֶּלֶךְ Eiusmodi exordia perspicue satis docent, non ficta, sed vere gesta, tradi. Conf. Iud. XIII. 2. 1 Sam. I. 1. 1. Sam. IX. 1. Non equidem nego haud dissimilem in modum etiam parabolas fiksi, sed parabolas esse vel diserte additur, vel euidentissime colligitur, vtpote non nisi indefinite proponuntur, e. g. Luc. XVI. Accedunt circumstantiae historicae adeo distincte commemoratae, vt dubitem, vspiam tot *κρίσιμα* veritatis facile reperiri. Nomen Iobi, domicilium, integritas, diuitiae, vxor, liberi, amici, calamitates, restitutum in integrum, vitae exitus, singula haec pro veritate historiae pugnata, vt nullus verbis pudor, aut reuerentia sacri foret, si quis de parabola hic cogitaret. Addo tertium: Omnia, quae in libro Iobi relata leguntur, non tantum in se possibilia esse, nec sibi met ipsis, nec aliis indubijs veritatibus aduersari, sed et primis orientalium moribus, antiquissimis reuelationis diuiniae modis exacte conuenire. Argumentis insitis succedunt aliunde accersita. Primas hic tenent testimonia scripturae S. Bis in sacro codice ad Iobum prouocatur scilicet: α) Ezech. XIV. 14.

Trēs

** Confer. B. ADAMI RECHENBERGII schediasma histor. de B. Lutheri colloquijs commensalibus, Lips. 1698. et B. GEORG HENRICI GOEZII pecul. de hoc argumento dissert. num Lutherus librum Iobi cum Terentii scriptis et Virgiliae Aeneide contulerit? Lips. 1700.

Tres nobis sistuntur viri, qui ex grauissimis vitae periculis seruati sunt, cum in ceteros iudicia diuina grassarentur, Noah, Daniel, Iobus, quorum primus in internecone primi mundi, alter in pernicie patriae et gentis suae, tertius in calamitatibus domus suae seruatus est. Hanc etiam ob causam Iobus, qui medius inter Noachum et Danielem vixit, post Danielem refertur. Vnde sic argumentor: Si Noachus et Daniel extiterunt, diuino beneficio ex praesentissimis vitae periculis erepti, etiam Iobus extitit, quandoquidem eodem scopo et nexu diuinitus coniungitur. §) Iacob. V. 11. Iobus in exemplum patientiae in aduersis exercendae, sperandique exitus felicitis, sistitur. Frustra Iacobus ad illustre hoc exemplum prouocasset, si Iobus nunquam extitisset. Omnis exemplorum vis ex rei veritate pendet. Inepte ad imitandum proponitur, quicquid fabulosum. Plerique librum Tobiae, eiusdemque Cap. II. v. 12. huc referunt, non equidem, vt cum Pontificiis canonicam huius libelli auctoritatem defendant, sed vt doceant, quid veteres Iudaei de Iobo, eiusque fati crediderint. Verum enim vero argumentis, vt puto, non contemnendis probauit Cel. IOH. ALBERTVS FABRICIVS Tobiae librum primo post natum Christum saeculo nondum extitisse; nec in Graeco eius textu quicquam de Iobo extat. ***

§. VI.

Quae quum ita sint, quam inique agant, qui fecus de Iobo eiusque fati sentiunt, patet. Sed audiamus argumenta, quae veritati historiae opponunt. I. Dicunt, principes rei gestae *περιστασις* sc. et tempus, et locum eximiis laborare dubiis. Inferunt: cuiusque historiae nec locus, nec tempus, assignari potest, illa valde suspecta est. Atqui etc. E. Vtramque praemissam negamus. Maiorem quod attinet, scimus Scripturam S. saepe circumstantiam temporis, quandoque etiam loci, tacere. Prouocamus ad exempla. Sane Chronologos vehementer exercuerunt historiae Michae, Danitarum, Beniamitarum. Nec leuior difficultas ex eodem silentio Scripturae S. orta est in definiendo tempore et loco cladis Ephraimitarum.

B 2

*** Vid. Prolegomena in librum Tobiae in Apocryphis Graece et Latine editis Lips. 1691, vbi etiam in causas, cur Graecus Tobias a Latino, ad quem Germanicam suam versionem formauit B. Lutherus, adeo differat, inquiritur. Adde B. IOH. CHRISTOPH. WOLFFII Bibliothec. Hebraic. Vol. I. p. 391.

rum. 1 Chron. VII. 21. Ineptus foret, qui in his omnibus ab incertitudine loci ac temporis ad incertitudinem totius historiae argumentaretur. Minorem quod spectat, negamus, historiam Iobaeam adeo dubiam esse, ut nec locum, nec tempus coniectando assequi valeamus. In ipso limine historiae memoratur terra Vx, Iobi patria, de qua, quum plures huius nominis celebrentur, vix dispiciemus. Idem de tempore obseruandum erit. Dantur certi characteres suo loco exponendi, qui non obscure docent, qua aetate Iobus vixerit.

II. Obiiciunt Schema poeticum, quorsum in primis spectant, quae in ipso libri exordio de concilio angelorum, et colloquio Dei cum Satana leguntur. Quis porro crediderit, Iobum summis animi pariter ac corporis doloribus pressum carmina stylo adeo sublimi concepta fudisse, aut amicos Iobi carmina perorasse. * Speciosa haec sunt, sed accurate distinguendum esse existimauerim 1) inter historiae veritatem, et narrationis indolem, 2) inter sermonum sensum, et eorundem elocutionem, 3) inter *αὐθροπῶνας* dicta, qualia in primo libri capite nonnulla occurrere non negamus, et eorundem verum ac genuinum gestorum modum, qui captum nostrum in nonnullis superat.

III. Obiiciunt, res adeo miras nobis tradi. Nimirum princeps quidam ditissimus, potentia et fortuna pollens, numerosa prole felix,

* Iobi librum metricis Scripturae libris annumerandum esse, vix quisquam negauit, etsi de indole Poeseos Hebraeae insignia proferent sententiarum diuertia, quae vide in S. R. IOH. GOTTLÖB CARPZOVII introductione ad libros Canonicos V. T. P. II. p. 2. et B. IOH. CHRISTOPH. WOLFFII bibliotheca Hebraea, P. II. p. 92. et P. IV. p. 20. Non desunt, qui Poesin Hebraeorum conformatione sermonis ad modulos musicos accommodata absolui volunt, quale quid in canticis quibusdam latinis obseruatur, ita post B. AVG. PFEIFFERVM et SAL. VAN TILL, ARTHUR BEDFORD in libro singulari: The temple Music or an Essay concerning the method of singing the Psalms of David in the Temple before the Babylonish Captivity. Lond. 1712. Consentit IACOBVS KOCHIVS, qui in praefatione citata testimonio Iudaei cuiusdam confirmat, veram Poeseos rationem ex legibus musicis diiudicandam esse. Sed falsus est Rabbi conuersus, virumque doctum sefellit, dum accentus, praesertim metricos, notas musicas esse statuit, siquidem inter omnes constat, carmina in scripturis legi nunquam decantari solita, quod de Proverbiis Salomonis in aprico, de Iobo vero suspicari in proclui est, nisi malis Iobum Drama sacrum dicere legibus Musicis circumscriptum, a qua tamen sententia Verum doctum alienum esse video.

felix, subitae fortunae casu in extremas rei familiaris miserias de-
iicitur, malis omnibus opprimitur, in viscera et saniem desluit, di-
rissima mala infracto animo sustinet, amici de composito ex diuer-
sissimis locis conueniunt ad inuisendum aegrotum, septem dies
silentio transigunt, tandem vno ore Iobum hypocrifeos accusant,
aduersus quos Iobus innocentiam suam acriter defendit, medias
inter disputationes Deus ex nube, tanquam ex machina, se audien-
dum et videndum praebet, Iobo litem adiudicat, miserumque
tandem in pristinum, imo meliorem, fortunae statum restituit.
Quae, rogo, tragoedia, si haec non habetur? Esto, in libro Iobi
mira, ac prorsus singularia, fata exponi, dummodo non sint *αδ-
υατα* et *αλογα*. Mirae sunt etiam res Iosephi, Dauidis, Mardochai.
Multae profecto historiae, et a sacris, et a profanis auctoribus tra-
ditae, erunt negandae, si, quicquid mirum, fabulis annumerare li-
cet. In omni historia Iobi, quantumuis mira, vnicum obtinet
miraculum stricte sic dictum, scilicet illa Dei vox e nube missa.
Sed quis nescit, Deum olim *πολυμερως και πολυτροπως* se manife-
stasse, et saepius in turbine apparuisse. Amicos Iobi, qui ad in-
uisendum eum conuenerunt, integris septem diebus ne verbum
quidem mutiuisse, nec loco suo se dimouisse, nec somno, aliisque
necessitatibus, indulgisse, nemo somniauerit. Infra videbimus ver-
ba, quae eade re Iobi Cap II. 13 extant, non *καθ' ελον*, sed *κατα τι*,
interpretanda esse, scilicet de calamitatibus, quibus Iobum obru-
tum videbant, earumque causis his septem diebus tacuerunt, ex-
pectantes loquendi opportunitatem.

IV. Tandem ad silentium Iosephi, Philonis, immo etiam Pau-
li, prouocant, quorum nullus Iobi nostri mentionem fecerit. Sed
salua res est. 1) Neque Iosephi, neque Philonis, silentium tantae
auctoritatis est, vt fidei sacrarum litterarum quicquam derogare
possit. 2) In aprico est, Iosephum res Iudaicas potissimum curasse,
a quo instituto res Iobi, vtpote priuati et exteri, alienae fuerunt.
Equidem Philo ille Alexandrinus non omnino nullam Iobi men-
tionem fecisse putandus est. Euolue librum de mutatione nomi-
nium pag. 1051. Opp. Edit. Francofurt. 1691. videbis diserte ad
verba Iobi quae extant cap. XIV. 4. prouocari. Illum vero Pseudo
Philonem qui in Antiquit. Bibl. multa de Iobo eiusque Vxore Dina
retilit, prorsus non curamus.

Maioris momenti res esse videtur, quod ipse Paulus in indice
Heroum

Heroum fidei, qui temporibus V. T. vixerunt, Iobi non meminerit Ebr. XI. Sed 1) scopus Apostoli obseruandus est, non enim omnes, quotquot vere credentium gloriam tuiti sunt, referre placuit, sed illos tantum, qui in Mosáicae, et subsequenti historiae serie occurrunt, extra quam Iobum constitutum esse scimus. 2) Ex his quoque nonnulli omittuntur e. g. Iosua, Elia, Elísa, Ezechias, Iosias. 3) Tametsi nomen Iobi non *κατα το ἕληρον* legatur, facile tamen Iobum innui patet, vbi eorum fit mentio, qui in pugna inualuerunt, et *ενεδυναμώθησαν απο ασθενειας*, certe Iobus hic illustri exemplo esse potest.

§. VII.

Quibus expeditis nós ad ipsum Iobum, eiusque originem, patriam, et aetatem conuertimus, quae cum multum lucis ipsi historiae Iobi, eiusdemque fati affundant, paucis erunt discutienda. Superfedere his laboribus possemus, cum illustris FRIDER. SPANHEMIVS in historia Iobi nunquam fati laudanda hanc messem felicissime peregerit, nisi specilegia nonnulla nobis relicta videremus, qui in examinandis recentissimis hypothesibus potissimum occupati sumus. Originem Iobi * quod attinet, res omnis confecta foret, si Iobus idem esset cum illo Iob, Isacharis filio, et Iacobi nepote. Gen. XLVI, 13. Ingressi sunt hanc sententiam nonnulli ex Iudaeis, quo facilius negare possent, dona Spiritus S. prophetica etiam viris non Iudaeis fuisse concessa, Eandem, licet B. MICHAEL WALTHERVS omni specie destitui doceat, adoptauit pro eo, quo pollet, ingenio HERMANNVS VON DER HARDT in Ephemeridibus Philolog. disc. V. p. 276. Vbi Iobum nostrum cum auo Iacobo et patre Isachare in Aegyptum migrasse, vitamque

* De etymologia nominis יוב et falsis nominibus nostro adscriptis legatur FRIDERIC. SPANHEMIVS l. c. cap. 2. Id vnum addere liceat, eos, qui Arabicos natales nomini quaerunt, quibus B. IOH. IAC. RAMBACHIVM in collegio historiae ecclesiasticae V. T. accessisse video, et ad interpretationem, quam Mahomed impostor dedit, prouocant, non attendere videri, nomina et filiarum et amicorum Hebraeam agnoscere originem, a qua cur in etymologia nominis Iobi recedendum sit, non apparet ratio. Ipsum cel. ALBERTVM SCHVLTENS qui rotus est in Iobo ex Arabismo interpretando, quemadmodum insignis commentarius in librum Iobi Lugd. Bat. 1737. editus docet, in his curis incurium fuisse animaduerti. Nisi cum IO. COCCIO *το εωςεν* eligere malis, non enim fas est omnia scire, crediderim, illos vero proxime accessisse, qui ab יוב deriuant, exosumque interpretantur, aut sensu passiuo, aut actiuo, aut vtroque.

que ultra ducentos annos ad Mosis vsque aetatem protraxisse asserit, quum vero premerentur Israelitae facile contigisse, quid enim non contingere potest? vt Iobus cum familia sua ex Aegypto et terra Gosen in finitimam regionem, Orientem versus, Arabiam, se conferret, neque dubium esse, quin Moses in fuga sua ad hanc Isascharis familiam, ipsumque Iobum, diuerterit, partim vt delitesceret, partim vt solatium in aduersis, et consilia educationis a viro sene, grauiora passio, et multo rerum vsu subactio, peteret. Sed fabularum satis est. Quum viro docto non difficile fuerit ex diluuiio Noachico historiam belli Scythici, ex aedificatione turris babilonicae, dispersione gentium, et confusione linguarum euersionem regni Babilonici per Cyrum, ex columna nubis et ignis ignem sacrum in altari, ex vultu radianti Mosis ruborem et calorem, ex pisce, qui Ionam absorpsit, museum, in quod se recepit, ex solarario Achazi scalam effingere, non miramur ipsum et hoc commentum concipere potuisse, quod tamen nusquam sibi constat. Vnde, quaevis illam ex Aegypto in terram Vz migrationem opulentissimae familiae probauerit, cum omnes Israelis posteros, et seruitute pressos, et a Mose liberatos esse toties Scriptura sacra doceat? Vnde constat, Mosen ad Iobum se recepisse, cum ad Iethronem eum venisse, ductaque in vxorem filia apud eundem per 40. annos delituisse, et rei pecuariae operam dedisse, sacrae paginae Exod. II. diserte doceant? Nisi forte Iobus noster ille ipse Iethro fuerit, cuius septem filias cum tribus Iobi quomodo componet? Quomodo Moses Aegyptiacae liberationis consilia diu ante agitare potuit, qui per Exod. III. omnibus modis eandem declinasse, et grauiorem longe, quam cui expediendae par esset, agnouisse memoratur? Cur Iobus, si Iacobi nepos fuit, nunquam in sermonibus suis foederis meminit cum Abrahamo, Isaac et Iacobo initi, et toties confirmati. Domestica habuisset exempla, eaque in Iacobo et Iosepho recentissima, nec sibi transmittenda silentio, ex quibus varie probatam, tandemque victricem pietatem cognoscere potuisset. Vix denique tinctus notitia linguae Ebraeae videbit, nomen יוב a nostro יוב multum differre, vt adeo operam cum oleo perdidit Cl. M. IOH. FRIDERICVS SCHMID in Chronologia Scripturae sacrae p. 165, eadem cum Hardtio lyra oberrans. Hanc Scylam euitaturi in Charybdim incidunt, qui Iobum ex Elau posteros Idumaeum volunt. Plerosque patrum et recentiorum interpretum huic sententiae subscripsisse docet SPANHEMIVS, quibus nuper

per accessit doctissimus AVG. CALMET in Prolegomenis ad librum Iobi. ** En argumenta! 1) Iobum dicunt eundem esse cum Iobabo, Idumaeorum rege, de quo Genes. XXXVI. 2) Eliphazum Themanitam, cognatum Iobi, sine dubio esse Idumaeum, 3) Terram Vz patriam Iobi, in Idumaea sitam per Thren. IV. 21. At enim vero α) repugnat etymologia nominum אִיּוֹב et יוֹבָב. Siue originem, siue significationem, spectes, magnum observabis discrimen. Auctoritas Epiphani non sufficit probasse, Iobum florentibus adhuc rebus Iobab, rebus aduersis Iob dictum esse. Sane aliquoties nomen אִיּוֹב repetitum legimus, antequam tristissima illa fata irruerent. Falsum ergo, cum fortuna nomen immutatum esse. Confer. Magnifici nostri SALOM. DEYLINGII observationes sacras P. I. obs. XIII. p. m. 53. seqq. β) Repugnant temporum rationes. Iobabus secundus fuit ex octo regibus, qui ante Mosen in Edom regnarunt, teste illustri loco Gen. XXXVI. 31. atque adeo ad minimum integro seculo ante Mosis legationem diem obiit supremum. Pone, Iobum ultra ducentos annos vixisse, de quo dubitari nequit, quum ante calamitates certe quinquagenarius fuerit, vtpote pater decem liberorum iam adulatorum, et superatis calamitatibus 140. annos expleuerit, sequetur Iobabi natiuitatem, si is Iobus est, aut praecedere natiuitatem Esau, aut cum illa fere coincidere, quod quam absolum sit nemo non videt, cum Iobabus quartus demum ab Esau fuerit. *** γ) Repugnat diuersitas locorum,

** Adde THOMAM HYDE in notis ad R. Abraham Perizol Itinera mundi, vbi simul Belam, Iobabi in Idumaeae regno antecessorem, non alium, quam Bileamum magum fuisse, asserit. Vid. Aët. erud. Lips. Lat. ad annum 1691, p. 225.

*** Equidem probe noui circa hunc ipsum locum, in quo successio regum ac ducum Idumaeae nobis sistitur, dubios haerere interpretes. Sunt, qui totam hanc pericopam alium ac Mosen auctorem habere statuunt. Ita iudicant SAMVEL SHVCKFORD et HVMPHREY PRIDEAUX. Prouocant ad ipsum v. 31. cap. cit. 36. Gen. אֵלֶּה הַמְּלָכִים אֲשֶׁר מָלְכוּ בְּאֶרֶץ אֲדוּמָה לִפְנֵי מֹשֶׁה מֶלֶךְ לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל. At vero neque Mosis temporibus, neque diu post Mosen, Israelitae regem habuerunt, ab alius itaque viri Θεομωυσεου manu haec addita volunt. Cf. SHVCKFORD in Harmonia scriptorum sacrorum et profanorum Vol. 2. p. 97. Germ. Vers. seriem regum Idumaeorum vsque ad tempora Dauidis, qui Edomitas sub iugum misit, nobis hic exhiberi contendit. Primus Bela, filius Beor, ipsi videtur, frater Bileami fuisse, quandoquidem hic itidem filius Beor audiat, ex quo conficere vult, hunc primum Idumaeorum regem Mosis אֵלֶּה הַמְּלָכִים fuisse. Hanc coniecturam duobus scripturae locis confirmari credit, scilicet Idumaeis sub exitum Israelitarum ex Aegypto erant אֲדוּמָיִם duces, seu Phylarchi Exod. XV. 15. quadragesimo ab hinc an-

corum, quae vterque inhabitauit. Iobabi sedes Bazra fuit in confiniis Idumaeae et Moabitidis, Iobi autem terra Vz, de cuius situ infra. d) Iobabus regia dignitate inter Idumaeos eminuit. Equidem AVG. CALMETVS etiam Iobum nostrum regem esse voluit.

Prouo-

no regis Edomitarum fit mentio, ad quem Moses legatos misit Num. XX. I4, SPINOZA ambabus manibus haec arripit, vt impiae suae causae aduersus Mosen, Pentateuchi auctorem, susceptae patrociniū habeat, Euidētissime ex his liquere contendit, Pentateuchum non a Mose, sed ab alio quopiam, scriptum esse. Eadem oberrant lyra RICHARDVS SIMONIVS, et IOHANNES CLERICVS. Ipse B. IOH. FRANCISC. BVDEVS, vbi in institutionibus suis dogmaticis aduersus SPINOZAM, SIMONIVM et CLERICVM disputat, Mosi Pentateuchum vindicando, adeo dubie pronunciat, vt nesciam, quae candida eius mens fuerit. Speciem habet, inquit, quod dicunt, nonnulla Mosis aetate recentiora, in his libris deprehendi, quod, si vel maxime concedatur, etsi nulla, vt hoc concedamus, nos cogat necessitas, nondum tamen inde confici potest, Mosen non esse Pentateuchi auctorem. Subinde enim antiquis auctoribus quaedam addita deprehendi, quae a recentiori manu profecta sint, nemo artis criticae peritus dubitat. Summe Ven. CARPZOVIVS in introductione sua ad libros V. T. P. I. p. 58. in eo est, vt pericopam hanc de regibus Idumaeorum per modum prophetiae a Mose scriptam coniciat. Sed verendum, ne, si ita respondeamus SPINOZAE, aliisque huius furfuris hominibus, in damnabili suo errore obfirmetur magis criminantes, extrema tentari. Nam pro vaticinio istam habere orationem, in qua octo diuersorum regum nomina, patres, patriae, et quarti insuper regis res gestae, denique vltimi vxor cum focu focusque parente, mortes denique et successiones adeo distincte filo historico referuntur, non possum, neque memini, vllibi scripturarum talem reperiri prophetici argumenti pericopam. Quid igitur? Absit, vt cum SHUCKFORDO frigidam suffundamus temerariis illis criticis, et hanc Geneseos περιόχη, alium, ac Mosen, auctorem agnoscere asseramus. Quod si a Mose traditam historiam Idumaeam ita interpretari vellemus, vt primo integram XIV. ducum consecutionem, dein VIII. regum sibi inuicem succedentium ordinem, tum vero rursus XI. ducum seriem exhiberi cum lapideo Cornelio a Lapide et inepto interprete Werthheimensi crederemus, conclamata et desperata res esset. Nunquam enim fieri potuit, vt ab Esau excessu vsque ad scriptam a Mose Genesin Idumaea tot duces, post hos tot reges, et denique tot duces haberet. Sed salua res est. Integrum Caput XXXVI. absoluit septem partibus. 1) Vxores Esau tres cum filiis in Canaan susceptis describuntur v. 1--5. 2) subiungitur emigratio Esau cum familia ex Canaan in Seiriticam regionem v. 6--8. 3) sequuntur nepotes Esau in Idumaea nati v. 9--14. inde 4) duces Edomitae v. 15--19. אדומים illi dicuntur, quo ipso non magni principes, sed patriarchae familiarum inuuntur, sub quorum regimine Edomitae vixerunt, quod quidem memoris istorum temporum fuit conuenientissimum. Hi ipsi φυλαρχοι non successiue, sed simultanee, sunt accipiendi, quandoquidem eodem tempore suis singuli familiis praefuerunt. Aucto dein populo reges orti sunt, de quibus sexta capituli parte agi-

C

tur

Prouocat ad Iob. XXIX. 25. Sed non attendit part. 5 esse notam similitudinis. Sane scriptura sacra, quae omnes Iobi felicitates adeo felicite enumerat, regium diadema nescit. Prolixius fabulam de regno Iobi refutauit SPANHEMVS in Cap. 6. historiae Iobaeae. Πρωτον ψευδος inueteratae huius opinionis sine dubio latet in appendice versione Iobi Graecae adiecta, quam, cum mox secundum singulas partes diiudicanda veniat, integram huc transcribere nolumus. Sed quod generatim de tota versione sic dicta LXX. monuerunt viri docti, insignibus illam scatere παραρρημασι, quae subinde fuerunt aucta variis glossematibus textui illatis, id praesertim de Iobae illa lacinia Genealogica tenendum est. **** Equidem AVGVSTVS TORNIELLVS diuino afflatu a LXX. interpretibus textui sacro additam pronuntiauit, a quo non multum ablu-

tur (quintam enim constituunt priscorum Idumaeae incolarum Sciritici stemmatis φυλαγχοι). Hi ipsi reges octo, tot enim ad Mosen vsque regnarunt, se inuicem iusta serie exceperunt. Moses eas successiones describens notabili hac auspiciatus est formula: et hi fuerunt reges, qui regnarunt in terra Edom prius, quam regnauit rex Israelitis. Praesciebat Moses Israelitis aliquando reges suos futuros Gen. XXXV. 11. diuinam promissionem Iacobo factam ipse consignauerat. Merito igitur obseruat Moses, tanquam rem memorabilem, et in qua ingens esset fidei exercitium, quod ante, quam haec promissio impleretur in posteris Iacobi, Esauitae tot iam reges habuerint. Non est necesse propheticum hic quicquam fingere, omnia sunt historica. Septima capitis parte additur alius adhuc index ducum Edomiticorum, qui sub vltimo rege Hadare, sine dubio Moses aetate adhuc superstitite, inclaruerunt, quique perinde ac superiores illi מלכיהם principes familiarum, ipsis autem regibus obnoxii fuerunt. Plura de hoc argumento legi possunt in Cel. CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS dissert. theol. historico critica de antiquissima Idumaeorum Historia Hal. 1733.

**** Duplex in primis praeter *αλλα μυρια* teste Origene occurrit lacinia in libro Iobi Graeco maxime memorabilis, cuius nullum in Hebraeo extat vestigium. Prior tam in Vaticano, quam Alexandrino, LXX. interpretum codice habetur Cap. II. 9, longamque continet mulieris Iobi orationem. Altera ad calcem Iobi adfuta apparet, quae partim de resurrectione Iobi, partim de ortu et profapia eius singularia quaedam commemorat. Quorum quidem additamentorum prius temeritati librarii, cui tam breuis oratio, quae est in Hebraico, non videbatur satis continere cum loquacitate proteruae feminae: posterius vero imperitiae scribae cuiusdam tribuendum, qui scholion in margine conscriptum textui postea inserere non dubitauit. Illustrauit hanc nostram laciniam scholiis patrum ex Catena Graeca B. IO. ALBERTVS FABRICIVS in Codice *ψευδοπιγραφο* V. T. Vol. I. p. 793. Nemo tamen forte prolixius in ipsam eius Originem inquisiuit, praeter Reu. DAVID OTTONEM WAHRENDORFF in meditationibus de resurrectione, speciatim Iobi cum Sorore.

abludit AVG. CALMETVS. Sed PETRVS DANIEL HVETIVS rem in medio relinquit Demonstr. Euang. Prop. IV. Diferte eius falsitatem professus est HUGO GROTIUS sub finem annotationum in librum Iobi scribens: quae hic sequuntur in Graecis codicibus partim certae sunt fidei. Et recte quidem. Nam 1) obstat huic appendici fides omnium codicum Hebraicorum, in quibus de hac Iobi genealogia altum est silentium. Testem voco ORIGENEM, qui in epist. ad Iul. Africanum p. 225. edit. Wetstenii, ita iudicat: *αλλα και απο του Ιωβ τα απο του γεγραπται δε αυτον παλιν ανασησεδαι μεθ' ον ο Κυριος ανισησιν, αχρι τελους, ου κειται παρα τοις Εβραίοις διοπερ ουδε παρα τω Ακουλα.* Proinde etiam in stupendo Hexaplorum opere obelo hanc appendicem notavit, quae cum magna Hexaplorum parte periisse videtur, quandoquidem in reliquiis a BERNHARDO DE MONTFAUCON incredibili studio ab interitu vindicatis non extat. Turpis est ISAACVS VOSSIVS, qui ab his, aliisque, additamentis Versionis Graecae argumentum petit contra integritatem codicis Hebraei, afferendo, codicem, quo vsi sint LXX. interpretes, integriorem fuisse, ac nunc sit, adeoque Ebraeum ex Graeco textum emendandum et supplendum esse. 2) suo se prodit indicio suisque erroribus, quicumque demum auctor controuersae appendicis habeatur. Age, insistamus singulis eius partibus. Ita vero incipit: *γεγραπται δε παλιν ανασησεδαι αυτον μεθ' ον ανισησιν ο Κυριος.* Elliptica esse videtur oratio, ita supplenda: *μετ' αυτων ους ανισησιν ο Κυριος.* Equidem SVIDAS in lexico suo sub voce *Ιωβ* haec ad Iobi vna cum Christo resurrectionem in praemium certaminum refert, et Reu. WAHRENDORFF in meditationibus de resurrectione speciatim Iobi cum Sotere facta, Goettingae 1738. totus in eo est, vt tam ex illustri loco Iob. XIX, 25. ad quem in hac pericopa respici non est dubium, quam ex historia euangelica probet, Iobum cum Christo resurrexisse. * Pergit: *ουτος ερμηνευεται*

C 2

814

* De voce *ανισησαι*, vtrum passiuo, an actiuo sensu hoc loco sit accipienda, conf. laudati WAHRENDORFFII meditationes. Vtrumque esse verbi vsum notantur ex N. T. sed et ex Demosthene et Platone probauit MAGNVS CRVSIVS in Paralipomenis. Sat piaae sunt meditationes Reu. WAHRENDORFFII, dummodo fat certae essent. Res omnis eo redire viderur, vtrum illustre Iobi vaticinium de resurrectione Iob. XIX. 25. resurrectionem particularem quorundam sanctorum cum Christo rediuitio, an vniuersalem imminentem innuat, Hypothesi *δουλευειν* viderur Vir doctissimus particularem vniuersalem praefereudo. Ceterum egregia sunt, quae ad difficilem verborum sensum

3717

ἐκ τῆς Συριακῆς βίβλου. Summe Reu. IOH. LAVR. MOSHEMIVS in laudatis Wahrendorffii meditationibus §. 46. pronomen οὗτος ad Ιωβ referendum, το ἐρμηνεύεται autem per traditur vertendum, stylo quidem Graeco parum exquisito, Philoni tamen, Iosepho, ipfisque LXX interpretibus non raro, coniiicit. Olympiodorus in Nicetae Catena Patrum Graecorum dialectum Hebraeam h. l. Syriacam vocari iudicat, nec dissentit HVETIVS. Vnde Reu. WAHRENDORFFIO admodum probabile videtur, interpretationem Iobi Graecam ex Hebraeo institutam, appendicem autem, quae in fontibus non legitur, aut ab ipso interprete, aut ab alio quopiam, esse additam. Quae si vera sunt, falsus est et mendax auctor controuersae huius laciniae, quandoquidem in codice Hebraeo nuspianam Iobus ut ex stirpe Esau oriundus describitur. **

Porro: ἐν μὲν γῆ κατοικῶν τῆ Αὐσιτιδὶ ἐπὶ τοῖς ἔθνεσιν τῆς Ἰδομαίαιας καὶ Ἀραβίας πρῶτῃ πηγεῖ δε αὐτῷ ὄνομα Ιωβαβ. Codex Hebraeus docet, IOBVM semper יוֹבִיב nuncquam יוֹבִי nominatum esse.

Addit: λαβῶν δὲ γυναῖκα ἀραβίσσαν γενεὰ υἱὸν ᾧ ὄνομα ἐγγῶν. Quidni Dinam, Iacobi filiam, ut Pseudo Philo somniauit? Non vnum, sed septem, imo quatuordecim, filios Iobus genuit, sed in codice sacro anonomus. Subiicit: ἦν δὲ αὐτὸς πατὴρ μὲν Ζαρε τῶν υἱῶν Ησαυ υἱὸς μητρὸς δὲ Βοφοραῖας. Atqui Zara non Iobi pater, sed Iobabi, nec Bofora nomen est vxoris Zarae, sed ciuitatis in confiniis Moabitidis, per Gen, XXXVI. 33. Ad quem locum sine dubio lacinia nostra respicit, dum pergit: καὶ οὗτοι οἱ βασιλεῖς οἱ βασιλευ-

תמוי נפשי עירי וחרר עירי monet, eum commode hunc esse posse: et post euigilare meum coagulata sunt vnumquodque horum, sc. membrorum mei corporis. Vereor autem, ne omnium assensum assecutus sit, vbi ex verbis ור אבִי constare credit, hanc Iobi mentem esse: neminem praeter se de iis, qui adstant, ad quos proxime directus erat sermo, tantum felicitatis fastigium esse consecuturum. Vide annotationes vberiores ad libros V. T. Hagiographos Vol. II. p. 268.

** Cel. IOH. ALBERTVS FABRICIVS in codice ψευδιπγραφοῦ V. T. p. 699, nec non S. Reu. CARPZOVIVS in introductione saepius laudata p. 70. iudicant de Veteri versione Syriaca auctorem loqui, in cuius codicibus haec lacinia fuerit deprehensa, et cum integro libro Graece versa. Res omnis foret expedita, si certis argumentis probari posset, quod vetus versio Syriaca aetate sua tantum antecederet tempora N. T. ut Graeca inde suscipi potuisset, cum manifestum sit, Scriptores Noui Test. saepius adhibuisse dicta ex Graeca versione desumpta, conferatur Ven. IOH. GOTTL. CARPZOVII Critica S. V. T. P. 2. C. 2. p. 527.

σιλευσαιτες εν εδωμ ης και αυτος ηρξε χωρας. πρωτος βαλακ ο του βεαρ και ονομα τη πολει αυτου Δεναβα μετα δε βαλακ Ιωβαβ ο καλουμενος Ιωβ. Singula haec fatis produnt, auctorem Hebraicas literas non edoctum, siquidem Bela a Balak egregie differt. Non Balak, sed Bela, fuit primus rex Idumaeorum, Balak autem Moabitis imperavit, Num. XXII. 4. Quae de regia amicorum Iobi dignitate sequuntur, non attingam, cum pari passu cum regno Iobi fictitio ambulent. Id vnum addam, in Codice MS. Alexandrino, non autem in Vaticano adhuc aliam his additam legi laciniam, qua quae supra de Iobo tradita erant, iisdem fere verbis repetuntur. Tantum igitur abest, ut vllam huic appendici fidem tribuamus, ut potius ex mendacio veritatem non gigni asseramus. Atque sic praecipuum argumentum corrui, cui innituntur, qui Iobum ex Esau gente ortum volunt. Cetera non magni sunt momenti. Sit ita, Eliphazum Themanitam, Iobi cognatum, esse Idumaeum: Ergo etiam Iobus est? Non melius succedit tertium argumentum, terram Vz, Iobi patriam, in Idumaea sitam esse. Prouocant ad duo Scripturae sacrae loca, quae si euoluas, talia videntur, ut ipse B. IOH. FRANCISCVS BVDDEVS in Hist. Eccles. V. T. profiteatur, se negare nolle, terram Vz significare Idumaeam. Idem iudicat Reuer. IACOBVS KOCH, vide librum Iobi illustratum p. 232. Sed salua res est. Inspiciamus vtrumque locum. Prior extat Ier. XXV. 20. 21. Nuntiantur ibi grauissima mala plerisque gentibus, quas inter etiam reges terrae Vz obtinent v. 20, ita tamen, ut, quod *αποψια* docet, a regibus Edom accurate v. 21. distinguantur, ipsique Philistaeorum reges intercedant. Alter extat Thren. IV. 22. Interpretum commentarios si euoluamus, magna videmus sententiarum diuortia. Alii duplicem terram Vz statuunt, alteram Idumaeam, alteram Iobi patriam. Alii filiam Edom stylo allegorico non praecise de gente Idumaea, sed de gente populo Dei inimica, interpretandam esse contendunt. Nobis res ita optime videtur expedienda, ut filiam Edom vsque in terram Vz, adeoque Arabiam desertam, fines suos dilataste teneamus. Haec erat causa fastus Idumaeorum, in quem vates inuehitur. Plane sic legimus Ierem. XLIX. 7. et Ezech. XXV. 13, Dedanitas omnium consensu, Arabiae desertae incolas, Edomitibus annumerari. Rationem si sciscimus, alia subesse nequit, quam quod Dedanitae ab Edomitibus sub iugum missi fuerint. Accedit silentium Moysi in recensenda Elau postteritate prolixè instituta, Gen. XXXVI. Adde,

Idumaeam in Codice S. Australem haberi regionem, sedem Iobi autem orientalem. Confer CHRISTOPH. CELLARII geographiam antiquam] Vol. II. p. 698.

Supereſt ſententia gemina de Iobi natalibus, vtraque reliquis omnibus probabilior. Altera Iobum ex Nachore, fratre Abrahami, arceſſit, cui ſecundum Gen. XXII, tres erant filii, Vz, Buz, Chefed. Altera ab Abrahamo ipſo, non quidem ex Sarah, vel Hagar, ſed ex Ketura, prognatum vult, cuius filii et nepotes ſiſtuntur Gen. XXV. 2. A poſteriori fiat initium. Argumenta, quibus haec ſententia munitur, praecipua haec ſunt: 1) Bildad Suchites, alter amicorum Iobi, Arabiae itidem incola, ex Suacho, Abrahami filio, haud obſcure natales duxit. 2) Iakſan, Abrahami ex Ketura filius, genuit Seba, a quo Sabaei illi praedones, qui Iobi armenta diripuerunt. 3) De reliquis Keturae filiis non minus conſtat, quod variis Arabiae populis originem dederint, proinde Keturaei Gen. XXV. 6. dicuntur, in Orientem cum muneribus ab Abrahamo dimiſſi plagam Orientalem occupaffe. Sed ne quid diſſimulemus, haec, et reliqua, quae SPANHEMIVS attulit, argumenta, ipſe huic ſententiae fauens, tametsi rem in medio relinquere malit, id quidem probant, inter Keturaeos, adeoque in Arabia, habitaffe Iobum, ex Keturaeorum familia autem illum fuiſſe non euincunt. Duo ſunt potiſſimum, quae aſſenſum noſtrum impediunt. α) Nuſpiam Moſes in voluminibus ſuis Iobi noſtri mentionem fecit, haud dubie facturus, ſi ex Abrahami ſtirpe oriundus et circumciſione per ſoedus cum Abrahamo initum ſancita initiatus fuiſſet. β) Ipſe Iobus neque conquerens, neque precans, neque de iuſto Dei circa ſortes humanas moderamine diſſerens, vnquam aut ad ſoedus gratiae, cum Abrahamo eiusque poſteris initum, aut ad circumciſionem, ſolidiſſima diuini auxilii monumenta, prouocat, neque Deum vſpiam ex more poſteriorum, Deum Abrahami appellat. Altera igitur opinio, qua natales Iobi a Nachore, fratre Abrahami reputantur, omnibus palmam praeripere videtur. Subſcripſit illi iam olim HIERONYMVS, et quanquam B. IOH. FRANCISCO BVDDEO, το στερεω eligere placuerit; Vener. tamen IOH. GOTTLIB CARPZOVIVS, in introductione ad libr. Canon. V. T. ſaepius laudata rem omnium calculo obſcuriſſimam quoad eius fieri potu t feliciter expediuit. Dantur imprimis quatuor characteres ex quibus Iobi proauos colligimus. Notamus 1) quod ſedem fixerit in terra Vz, ad orientem ſita, conterminam Arabiae et Chaldaeae, nec

nec longe distantem a Themane, Suah, et Naema, quas amici Iobum inuisentes tenuerunt, 2) quod Moses nuspiam eius meminere- rit, haud dubie facturus, si ex Abrahamo ortus esset, 3) quod ne Iobus quidem ipse vnquam ad foedus cum Abrahamo initum pro- uocauerit, tametsi 4) verum Deum coluerit, redemptorem suum exacte cognouerit, et sacrificiis, more a maioribus tradito, rite placauerit. Hi singuli characteres egregie iuuant sententiam, quae Iobum ex Nachore oriundum ponit. Congruit *primus*, siquidem terra Vz contigua fuit Charan, fedi Nachoris, vrbi australis Me- fopotamiae, vtpote Mesopotamia, qua Euphrate alluitur, Austrum et Orientem versus contigua est Arabiae desertae, solo diuidente fluuio. Videtur omnino postquam fatis concesserat Nachor, vnus atque alter filiorum, inter quos Bethuel, pater Rebeccae, pa- ternas incoluisse fedes. Reliqui autem in vicinas digressi sunt ter- ras. Buz regioni, seu ciuitati, Buz, in Arabia deserta sitae, nomen dedit, vnde Elihu Buzites; Vz terram Vz, natale Iobi solum, de suo appellauit nomine; Chesed progeniem reliquit Iobo pariter vicinam, sed rapacissimam. Respondet *secundus*, silentium Mosis, quo omnes inuoluit genealogias, quae, Abrahamo sequiores, ad Israelitici populi historiam parum, aut nihil, faciunt, vnde etiam Iobi historiam attingere ab instituto suo alienum reputauit. Nec ablu- dit *tertius*, quia non ex Abrahami, sed fratris eius, profapia prodiit Iobus, adeoque ad foedus cum illo initum prouocare non potuit. Accedit *quartus*, quia ex Abrahami institutione Nachor, a Nachore posteris, atque in his Iobus, veram religionem et doctrinam de Messia redemptore, omnemque sacrificiorum et cultus diuini rationem acceperunt. Nec obstat, quod ipse Na- chor idola inter Chaldaeos agens coluerit Ios. XXIV, 2. quum sine dubio Abrahamus, pro sua in Deum pietate, in suos amore, fra- trem germanum, ex Chaldaea in Mesopotamiam translatum, re- ctiora docuerit, qua de causa etiam filio suo Isaaco de fideli con- iuge prospecturus seruum pronubum in Mesopotamiam ad urbem Nachor ablegauit, atque sic familiam suam, tanquam verae reli- gioni addictam, a Cananaeis idololatriis manifeste distinxit. Ex quibus in summam collectis fatis apparere arbitror, Iobum Nachoris ex filio Vz vel pronepotem, vel abnepotem, fuisse, de patriarchali quidem Eberi, licet non ex Abrahami, stirpe oriundum.

§. VIII.

Sedem Iobi et domicilium Scriptura sacra figit in terra Vz versus orientem. Sed vbinam terrarum haec erit? Non moramur Iudaicas et Muhamedicas fabulas, ex crassa Geographiae ignorantia natas, de sepulchro Iobi Constantinopoli conspicuo, de מדרש seu schola Iobi Tyberiae frequentata, de puteo Iobi prope Hierusalem, quae, si quem delectant, legi possunt apud SPANHEMIVM, et SERPILIVM in Vitis Scriptorum Biblicorum P. VII. Varias variorum sententias, quanquam inuita Minerua, conciliauit IOH. ERNEST. MVLLER in dissertatione de terra Vz, quae inserta est thesauro theol. Philolog. Tom. I. p. 540. Tres in Patriarcharum genealogia viri commemorantur, nomine Vz insigniti, a quibus regio, quam Iobus incoluit, vt tum ferebant tempora, potuit denominari. Primus nepos Semi ex Aramo Genes. X. 22. 33, quem IOSEPHVS L.I. antiquit. cap. 7. Trachonitin et Damascum condidisse perhibet. Hinc illustris BOCHARTVS magnam Syriae partem, olim Vz dictam coniicit, etsi eam a Iobo cultam esse strenue neget, in Phaleg et Canaan L. II. c. 8. Alter Vz filius Nachoris, qui ex Haran Mesopotamiae traiecto Euphrate videtur in Arabiam desertam concessisse, partique eius Septemtrionali, antiquissimis Geographis AVUSTIS dictae, nomen dedisse. Tertius superest ex posteris non Esau, sed Seir, adeoque Horaeorum gente Gen. XXXVI. 21. qui postea ab Edomitis expulsi sunt Deuter. II. 11. Hinc terra Vz pro Idumaea stare nonnullis est visa.

1) Iam quaeritur, quinam horum Iobi terrae nonnullis est visa? Felicissime res nostras expediemus, si vestigiis in ipso libro Iobi obuiis insitamus, quae si attendimus videmus. 1) Terram Vz hoc ipso nomine olim vere venisse. 2) Terrae Canaan orientalem fuisse. 1) Chaldaeos et Sabaeos propinquos habuisse. 3) Desertum attigisse, 5) cognatos Iobi prope abfuisse, 6) fertilissimam regionem re pecuaria et armentaria, in primis Camelis abundasse. Quos si characteres a BOCHARTO sic dictae Vzitidi Syriae applicemus, ne vnus quidem fauere videtur. 1) Nunquam haec regio vel in Codice S, vel apud reliquos Geographos Vz, vel Avstis audit, sed modo Aramaea, modo Syria, modo terra Damascena, modo regio Libani, Trachonitis certe apud Moysen non alio, ac terrae Gilead, vel Basan, vel Amorraeorum nomine venit. 2) Israe-litis, quibus tamen historia Iobaea in canonem data fuit, non orientem versus, sed ad septemtrionem iacuit. 3) Chaldaeos et Sabaeos

Sabaeos ultra centum lapides remotos habuit, nec 4) propius abesse potuerunt amici Iobum inuisuri, inprimis Elihu Idumaeus. Discipiamus nunc de Vzitide Idumaeae. Idumaea stylo historico, qualis in Exordio libri Iobi obtinet, perpetuo audit terra Edom, Seir, vel Theman. Occurrunt, qui secus sentiunt, obiicientes duos Ieremiae locos: Ier. XXV. et Thren. IV. Sed supra iam monuimus, neutrum fauere, cum in priori terra Vz ab Edom accurate distinguatur, in posteriori autem Edomitae intra fines suos se non continuisse, sed dominium suum in ipsam terram Vz, Arabiamque desertam extendisse videantur. Quid quod? Edom australis in Scriptura S. vocatur regio, sedes Iobi autem orientalis. Ne dicam, totam hypothesein de Iobo Idumaeo alia falsissima inniti, Iobum nostrum esse Iobabum illum Idumaeae regem. Relinquitur ergo, vt in deserta Arabia Iobum inueniamus, quae quidem a Septentrione parte Mesopotamiae et Euphrate fluuio, ab occidente partibus Syriae, Idumaeae, ac Arabiae Petraeae, a meridie Arabiae felicitis montibus, ab oriente Chaldaeae pariter ac Babyloniae montanis terminatur. Huic nempe congruit 1) nomen. Antiquissimus Geographus Ptolomaeus, qui Arabiam quam accuratissime descripsit, L. V. Geogr. docet, partem Arabiae deserta occidentalem Aisitidis, siue, quod Cel. SAMUEL BOCHAR- TUS mauult, Ausitidis nomine venire. Quid, quaeso, cum Hebraeo עֵיץ magis conuenit? Proinde interpres Iobi Graecus verba Iob. I. 1. כְּאֵץ עֵיץ rectissime vertit *εἰς χώραν αὐστριῶν*. Ipsa Scriptura Ausitas, horumque reges, inter Arabiae populos recenset Ier. XXV. 20. 2) congruit situs ad orientem. Arabia deserta Palaestinae orientalis est, vnde Arabia oriens, et Arabes filii orientis frequentissime audiunt. Ipse Iobus dicitur maximus inter filios orientis, non quidem, qua late patebat oriens, sed inter illos ipsos incolas orientis, tum qui a Nachore, tum qui ab Ismaele, tum qui ab Abrahamo ex Ketura suscepti erant, quique omnes incoluere Arabiam desertam, et loca adiacentia, 3) congruit praedonum, qui in armenta Iobi excursionses fecerunt, et Chasdim Sabaeique vocantur, descriptio. Vicinos eos fuisse oportet, qui tam subito irruerunt. Sabaei praedones non ex Arabia felici aduolauerunt, qui longius erant remoti, nec depraedationibus opus habebant, sed ex propinquiori Sabe, quam in Arabia deserta Ptolomaeus Geographus habet. Consentit STRABO L. V. Geographiae, vbi hos Sabaeos a Saba, Abrahami ex Ketura nepote, denominatos

D

21751-

λησιμους appellat. Pariter Chaldaei ab Arabia deserta per tractum montium tantum erant seiuncti, quemadmodum tabulae Geographicae apud SPANHEMIVM et CELLARIVM docent. 4) Congruit deserti ratio, vnde procella Iob. I. flassè dicitur, quod quidem vastissimam totius Arabiae solitudinem esse constat, ab Israelitis peregrinantibus traiectam. 5) Congruit patria amicorum Iobi, qui, vno forte Eliphazo Themanita excepto, in Arabia deserta habitaverunt. Certe Elihu Buzites a regione Arabiae Buz Ier. XXV. 23. 24. cognomen accepit, cui Buz, Nachoris filius, Vzì frater, nomen dedit. 6) Congruit descriptio facultatum Iobi, quae re pecuaria et armentaria fere tantum constiterunt, et semper eorum locorum fuerunt diuitiae. In primis huc spectant tot millia camelorum, quorum nuspian maior copia, quam in Arabia deserta, fuit, quod praeter sacras paginas passim itineraria confirmant. His itaque vestigiis probe obseruatis nulli dubitamus asserere, Iobum in illa deserta Arabiae regione habitasse, quae Euphratem alluit. Nemo nobis obiiciet desertam et arenosam regionem, praedonum matrem, non esse commodam sedem viri opulentissimi. Non enim, si male nunc illic viuitur, olim sic fuit. Arabiam desertam matrem multarum gentium omnis antiquitas depraedicat. Illam praesertim regionem, quae Aufitis dicta est, vrbibus, pagis, incolis frequentem esse docent quotquot Arabiam descripserunt. 7) Multa denique circumstant, quae hanc de domicilio Iobi hypothesin stabiliunt. Ita de sapientia Arabum sublimi, de Arabismis in Iobi libro obuiis, de monilibus aureis, quibus Iobum donarunt cognati, de sorte filiarum Iobi aequali cum fratribus non pauca forent differenda, nisi otia nobis fecisset SPANHEMIVS in Historia Iobi Cap. IV. *

§. IX.

* In alia omnia abit Reu. IACOBVS KOCH, qui terram Vz, Iobi sedem, non tantum in Idumaea per loca scripturae supra discussa sibi inuenisse videtur, sed et Iobum, vtpote Mosi amicissimum, cum metueret, ne Idumaeis cum Israelitis de occupanda terra Canaan bella intercederent, ex Idumaea migraffe, ac primum quidem in deserto Arabico circumuagatum, tandem ad finem Elaniticum maris Erythraei confedisfe, insulam, an peninsulam, ibi tenuerit non definit, rem enim in obscuro adhuc latere, non obscure tamen Ezeon Gebher innui. Mira est huius portus notio, quam vir doctissimus suppeditat, nimirum עֲצִין diminutiuum esse ab עֵץ, עֵץ אֲזַי, autem עֲצִי עֲזַי Iobum insignire, per Iob. XXII. 2. Atque adeo Ezeon Gebher Aufitidem Herois Iobi *das kleine Uetzgen des Helden Hiobs* definire. Belle! si desinentia in עֲצִי diminu-

§. IX.

Principium petit noster interpres Iobum Mosi non tantum coaeuum sed et familiarem statuendo. Quae cum ad aetatem Iobi spectent, nobis nunc erunt expedienda. Interpretes, vt sit, adeo hic dissentiunt, vt octodecim circiter secula calculi differant. Alii in excessu, alii in defectu peccant. Peccant in excessu, qui Iobum antiquiorem faciunt. His recensendis et refutandis non immorabimur, cum ea opera iam defunctus sit SPANHEMIVS. Duos tantum celeberrimos viros addere placet: IOHANNEM CLERICVM et P. JUVRIEV, quorum alter in epistolis theologicis Iobum ante diluuium vixisse conicit, alter in Histoire Critique des Dogmes et des Cultes de l'Eglise illum Isaaco coaeuum fuisse perhibet. Multo plures in defectu peccant, qui Iobum recentiorem faciunt. Sunt qui Iobum post Mosen vixisse volunt cum SEB. CASTELLIONE prouocantes non tam ad Iobi Cap. XV. 18. 19. quam ad sacrificia

D 2

a Iobo

diminutionem inferunt, quatenam, quae, erit vis vocis עָוֶן ergone, חַוִּין visunculam designat? Hebraei hanc diminutiuum rationem ignorant: vnde probabit Vir doctus, cum varius עָוֶן vsus obtineat, de quo Gulletius in commentario linguae Hebraeae, peculiare hoc Iobi cognomen extitisse? Tantum abest, vt loca citata Iob. XXII. 2. et XXXIII. 17. id euincant, vt contrarium potius cuius insipienti demonstrant, עָוֶן indefinite quemcumque marem inferre. Conf. STOCKII clauem V. T. p. 169. Vnde portus Elaniticus nomen suum עָוֶן accepit, non liquet. BOCHARTVS ad spinam dorsi, cuius figuram retulerit, alludit, sed MATTH. HILLERO in Onomastico sacro videtur ζυλακισμων ανδρος denotare, locusque a supplicio lapidationis viri, qui Sabbatho ligna collegit Num. XV. 32. denominatus esse. Sine tabula autem et teste Vir doctus dominium Iobi ad finem vsque Elaniticum extendit, qui qua ratione Israelitis in deserto haerentibus dici possit orientalis, ex ipsa SCHMIDII tabula Geographica, ad quam prouocat, perspicere nequeo. Falsus iridem est vir doctissimus, quando in Ezeon Gebher Iobum transitum Israelitarum per mare rubrum vidisse statuit, cum Israelitae inter Baal-Zephon et Migdol traiecerint, sinus Heroopolitani indicem, qui multis itinerariis distat ab Ezeon Gebher. Falsus denique est, dum falsissimum pronunciat, Elihu prope a Iobo habitasse. Locus ex Iob. XXVI. 25. citatus non probat, nisi ante probaueris, amicorum Iobi optimum de se ipso loqui. Equidem in tanta rerum antiquitate et obscuritate apodixin de domicilio Iobi et Elihu nemo temere meditabitur. Coniecturis litandum est, quae, quo magis omnia conspirant, eo minus negandae sunt. Iam negari nequit per Iob. II. Elihu trium amicorum Iobum inuisentium comitem non fuisse. Interfuit autem diligentissimus auditor omnibus, quae cum Iobo disputarunt. Quis ex eo non colligat, illum Iobo quam proximum ceteris anteuertisse. Coniecturam suffulcit patria Buisitis Arabiae provincia.

a Iobo oblata, quae, cum lege caerimoniali praescripta sint, demontrent, Iobum post legem per Mosen datam vixisse: Vtrumque argumentum claudicat. Prius quod attinet, manifestae *παγεγεμνεϊας* reos se faciunt, qui dictum generale de Israelitis terram promissam tenentibus explicant. Nec rectius procedit alterum, nisi Abel, Noah, Abraham, Isaacus, dum sacrificia Deo obtulerunt, etiam post legem latam vixisse credantur. Nihil enim discriminis inter sacrificia Iobi et Patriarcharum intercedit. Sunt, qui Iobum Dauidi, aut Salomoni, coaeuum volunt. Illustrem FRID. SPANHEMIVM B. nostrum LVTHERVUM in eam sententiam adduxisse, et ad sermones conuiuales prouocasse, aegre fero, cum ex commentario eius in Genesin constet, virum beatum longe aliter sensisse. In alia omnia pro more suo ruit IOANNES HARDVINVS in libro inscripto: le livre de Job selon la Vulgate Paraphrase avec des Remarques par le Pere Harduin. Omnibus aliorum curis reiectis, XXXVI historias biblicas in volumine Iobi pertractari solus et primus omnium animaduertit. Ipse Iobus colloquia sua cum amicis instituta descripsit. Quae in limine et calce leguntur historica, ea consignauit Ezechiel vates, quandoquidem cap. XIV. vaticinii sui Iobi mentionem fecit forte obseruans Iobum interitum Nebucadnezaris et regni Assyriaci praedixisse; HARDVINVS haec vaticinia, quae Iudaeis tum temporis non nisi gratissima esse poterant, sibi inuenisse visus est, in Iob. XI. et XII. Singula, quae ibi de Behemoth et Leuiathan leguntur, respiciunt reges Assyriae. Ipse Iobus DCXXX anno ante Christum natum, XI Iosiae regis Iudae natus est. Rationem assertorum si quaeras, en inuicibilem! Iob. IV. 11. vbi ל leo (Harduino vertitur tygris) vltimum Israelitarum regem depingit. Profecto argumentum HARDVINO dignum! Ineptias has recensuisse satis erit easdem refutasse. Id adhuc monendum existimo HARDVINVM pro more suo et sibi ipsi, et Scripturae sacrae contradicere: Sibi ipsi, dum in Chronologia V. T. vt tradunt cel. conditores Aet. erud. ad annum 1700. afferit Iobum anno 34 vel 35 regni Dauidici obiisse, quomodo igitur anno XI Iosiae demum nasci potuit, nisi forte bis natus est: Scripturae autem sacrae, dum, vt calculus, quem iniit, sibi constet, Iobum tantum 95 annos post calamitates superatas vixisse tenet, quem scriptura diserte 140 annos supersititem fuisse docet. Nobis omne probabilitatis punctum ferre videntur, qui res Iobi proxime tempora Mosis antecedere credunt,
Nec

Nec leuia sunt argumenta, quae nos confirmant. Non equidem prouocabo ad annos Iobi longe supra terminum profectos, qui Mosis aetate mortalibus constitutus fuit, per Pf. XC. 10. Scio enim nonnulla ad hoc argumentum a Ven. Goettingensium Theologo C. A. HEVMANNO excipi in disertatione de aetate et auctore Pf. XC. quae inserta est bibliothecae miscell. Hamburg. p. 503. Longe euidentius argumentum nobis offert 1) ratio cultus sacrificialis a Iobo prorsus ad morem Patriarcharum instituta. Ipse Iobus familiae princeps in aedibus suis sine lege holocausta offert pro expiando peccato, vbi secundum legem non עֲוֹרָרָה sed אֲשָׁמִים et חַטֹּאת offerenda sunt. Illis igitur temporibus vixisse credendus est, vbi sacrificiorum vsus nec ad certas personas, nec ad certum tempus, neque ad certos ritus lege diuina adstrictus fuit. Accedit 2) constans silentium miraculorum in Aegypto patratorum, educatorum inde Israelitarum, submersi Pharaonis, promulgatae legis scriptae, et quae sunt reliqua, quae Israelitis in ipso exitu ex Aegypto et miraculoso transitu per desertum euenerunt. Atqui non illustrioribus exemplis, iisdemque in recentissima memoria versantibus, sermones suos confirmare vel Iobus, vel amici poterant, in vno iustitiae, potentiae, sapientiae, et clementiae diuinae argumento occupati. Altum de his omnibus silentium arguit, historiam Iobi antiquiorem esse. * Succedit 3) a reuelationum

D 3

tionum

* Excipiunt, qui cum clar. IACOBO KOCHIO secus sentiunt, haud obscuram in Iobo fieri mentionem transitus per mare rubrum, et cladis Aegyptiorum, inprimis prouocant ad Iob. XXVI. 12. וּבַחֲבוּרָתוֹ מִחַץ רֶהַב וּבִיָּם כִּכְרוּ רֶגַע הֵים וּבַחֲבוּרָתוֹ מִחַץ רֶהַב vbi quidem per mare vi diuina scissum illud Erythraeum et per Rahab Aegyptum secundum Pf. LXXXVII. 4. Pf. LXXXIX. 11. innui contendunt. Sed si ipsum contextum inspiciamus, videmus Iobum de iis, quae in regno naturae quotidie fieri solent, differere, nimirum in iis, quae antecedunt, argumenta diuinae potentiae et sapientiae, ex operibus creationis ac conseruationis collegerat, Quorum spectant terra suspensa, densae nubes, coelum expansum, aquae inter alueos coercitae, concussi terrae motibus montes, quae singula sunt prouidentiae generalis effecta. Ipsa illa, de quibus nunc disputamus, verba de fluctibus maris nunc excitatis, nunc sedatis, perspicue exponunt. כִּכְרוּ רֶגַע הֵים vi sua fidit mare: i. e. fluctus in eo excitando, vnde apparent velut rimae. וּבַחֲבוּרָתוֹ מִחַץ רֶהַב et intelligentia sua frangit superbum: i. e. compefcit elatos maris fluctus. Nullum hic miraculi diuini maris vestigium, neque Scriptura S. vbi de hoc miraculo dixerit verbo רֶגַע vtitur, sed vel בקַע vt Exod. XIV. 21. vel גִּזַּר vt Pf. CXXXVI. 13. Et quae tandem nos necessitas vrget, vt notionem vocis רֶהַב natiam et planam deseramus, et ad tropicam descendamus, cum omnis sermo de impetuoso et tumido mari agat? Sane nullum extar documen-

tionum diuinarum Iobo et amicis factarum cum frequentia, tum modo, petium. Ita meminit Eliphazus Iob. IV. 12. alloquii diuini nocte concubia sibi viua voce facti; Sic Iob. XXXIII. 15. Elihu Deum plerumque affari per somnia et visiones docet. Sic Iobi XXXVIII. ipsa Dei ad Iobum ex nubibus oratio exhibetur, qua errantem reducit, ignorantem instituit, labentem erigit, antea sola maiorum traditione, nunc primum ipsa Dei voce, vias domini edoctum Iob. XLII. 5. Vbique verbum *αγγελον* somnia, visiones, signa, vel auribus, vel oculis, vel vtrisque obiecta. Plane ea diuinarum reuelationum ratio fuit ante verbum *εγγραφον* et legem scriptam. Exempla in Genesi frequentissima, rariora longe post legem scriptam. Equidem si Iobum attente legimus, animaduertimus saepe alludi ad res in Geneseos volumine descriptas. Ita de creatione Cap. XXXVIII, de primo homine Cap. XV, de lapsu homi-

cumentum, Aegyptum iam tum sub nomine *רבר* innotuisse. Ter adhuc haec vox in Iobo occurrit vbique superbiam innuens. Iob. IX. 13. XXX. 7. XL. 5. Lynceis oculis vteretur, qui in alio, quam obiciunt, loco, Iob. XXI. 29. vel Israelitas in deserto peregrinantes, vel magos Aegyptiacos videret. Indefinita phrasid quoscunque viatores vel viros, qui valent experientia et vsu rerum, designat, qualis esse solet apud eos, qui peregrinantur. Nimirum Iobus contra amicos suos hactenus euicerat, in externis huius vitae circumstantiis nullum dari discrimen inter iustos et iniustos, pios et impios, sed vtrisque prospera cum aduersis euenire. Nunc tacitam amicorum obiectionem occupat, tolli itaque omne discrimen inter pios ac impios, parumque, aut nihil referre, pie an impie viuatur v. 28. *איר* duplicatum cum oppositione non quaerit de loco, sed de statu cum discrimine, vbi est domus spontanei i. e. qui *ברוך הויה* Deum colit, et libere in bonum fertur? et vbi est tentorium habitationum impiorum? Anne tutius ex iustitia vindicatiua colligitur: hunc Deus variis affligit malis, ergo est impius? Respondet Iobus quaestione vt videretur prouerbiali: annon interrogastis transeuntes per viam? i. e. nemo non facillime vobis respondere poterit. Miratur Iobus ignorantiam amicorum, quod nesciant, quae hominibus viatoribus in triuuii nota sunt, nimirum: felicissimos interdum impios per totam vitam et a calamitatibus liberos esse, placide mori, et honestissime sepeliri, sed in diem irae iudicii iustissimi futurum asseruari; Evidentissimum ergo discrimen, quod piis et impiis intercedit, non in hac, sed altera, vita dari. Sed esto, occurrere in Iobo nonnulla, quae Israelitas et Aegyptios respiciant, ergo Iobus tum temporis vixit? minime! Nondum euictum est, Iobum ipsum sui libri auctorem esse. Quid? si vir *σοφιστος*, quicunque ille demum fuit, ex tabulis Iobi domesticis aliquamdiu post librum, quem hodie terimus, composuit, vt SPANHEMIO, WITSIO, immo etiam B. VVDDEO visum est, facile sic fieri potuit, vt in exprimendis sententiis vnam atque alteram dictionem prouerbialem adhiberet, quae res sua, non Iobi aetate gestas alluderet.

hominum Cap. IV. 18. de diluuiio Cap. XXII. 16. de extruptione turris Babylonicae Cap. III. 14. Cap. V. 12. de excidio Sodomeae Cap. XX. 26. agi obseruarunt interpretes. Nemo tamen ex his conficiet iam tum librum Geneseos extitisse, cum sine dubio Iobus et amici singula haec ex traditione tenuerint. Addo 4) antiquissimum idololatriae genus, cuius fere folius cum detestatione Iobus meminit. Fuit is solis et lunae cultus manu ori admoda per modum osculi primaeuo ritu institutus Iob. XXXI. 26. 27. A quo postea deflexum est ad reliquorum fiderum, ignis, elementorum, simulacrorum, heroum cultum. Vide M. GERH. HERMANNI MENCKENII dissert. Philol. de osculo manus ori dato, Lips. 1711. Antiquissimum hoc idololatriae genus apud Orientis incolas fuisse demonstrauit B. IO. FRANC. BVDDEVS in hist. eccles. V. T. P. I. Sect. II. §. 12. p. 193. quare lata deinceps per Mosen lege seuerissime cultum lunae et solis interdixit summus legislator Deuter. IV. 14. Ex quibus singulis constare crediderim Iobum adhuc ante Mosen vixisse. Si quis autem inquirere instet, quis tandem Synchronismus aetati eius respondeat, huic opportunior forte dari non poterit, quam epocha seruitutis Israelitarum in Aegypto. Huic enim interuallo omnia conueniunt. Ipsa genealogia Iobi et amicorum cum illa Mosis collata hanc temporis rationem postulare videtur. Nimirum Moses fuit septimus ab Abrahamo ex familia Iacobi; Similiter Eliphazus Iobi συγγενος sextus ab Abrahamo per Esauum. Elihu natu vltimus inter amicos Iobi itidem sextus a Nachore, fratre Abrahami, videtur. Iobus ergo natu primus quintus a Nachore putandus est.** Incidit eius aetas in tempora Kahati et Amrami, quorum alter auus, alter pater Mosis extitit, quumque diutissime vixit, forte infantiam Mosis adhuc attigit. Ita cum ecclesia Dei in Aegypto tenebris idololatriae et miseriae obrueretur, Deus inter posteros Nachoris habuit, quibus verus cultus curae cordique esset. Rectissime ergo iudicant, qui historiam Iobi mediam inter res libro Geneseos et libro Exodi memoratas pronuntiant. Temerarium autem foret annum vel nati vel mortui Iobi definire, quod plerosque Chronologorum Pontificiorum fecisse video.

§. X.

** Vide tabulam celeb. HERMANNI SAMVEL REIMARI in Prolegomenis ad nouam exegetin Iobi a IOH. ADOLPH. HOFMANNO confectam cap. III. §. 8.

§. X.

Ipsa Iobi fata dispescuntur, in commoda et aduersa. Equidem parum de his dici potest, praeter ea, quae in ipso volumine traduntur. Sed cum ea sit hominum indoles, vt plus, quam scire datum est, scire velint, variae coniecturae, falsaque interpretationes originem multis de Iobo praeiudiciis dederunt, quae breuiter a nobis examinandae sunt. Agedum expediamus suscepta. Ex disputatis patere arbitror, Iobum in Arabia deserta vixisse, vbi omnibus exemplo pietatis *αυτοπειριτευ* fuit, Deus eiam variis bonis hanc eius pietatem ornauit. Huc spectant fata Iobi prosperrima, quorum refertur: 1) multitudo liberorum. Septem illi filii, tres filiae fuerunt, de quibus nihil constat, nisi quod crebriora conuiuia in orbem parauerint. Non consentiunt interpretes in definiendo die, hisce conuiujs destinato. Quotidiana illa fuisse PINEDAE, CLERICO et HOFMANNO vix crediderim. Alii de nouilunij, alii de festo messis peractae, alii de tonsura ouium facta, alii de die patris natali, alii de ipsius filiorum natalitijs, dispiciunt.* Recte an male liberi Iobi fecerint, non disquiram, culpantur ab his, excusantur ab illis. Quodsi tamen consideremus, Iobum vt virum integerrimum describi, quo inscio et inuito conuiuia peracta esse nemo dixerit, etsi metuerit, ne liberi sui forte Deum vsquam offenderint, tota haec parenthesis ideo inserta videtur, vt cognoscamus, quanta horum fratrum gratia rara nec minima inter Iobi felicitates fuerit. 2) multitudo rei pecuariae. Septem mille oves et caprae, ter mille cameli, et quingenta iuga bouum (vnde quodammodo colligi potest, quantum agrorum possederit, quibus aratro

subigen-

* In vltima antiquitate diem natalem festiuum fuisse colligimus ex Gen. XL. 20. Conf. CENSORINVS de die natali, et IOH. DOVGTAEVVS in Analectis sacris Exc. 25. Grammatici docent, suffixa pronomina praeter necessitatem ad remotiora subiecta non esse restringenda, quae cum hic nulla sit, non video, cur *ימי* Vir doctissimus de Iobi die natali interpretetur, quum contextus vnuscuusque filiorum diem, quicumque ille demum sit, indicet. Hunc septem diebus continuis, circulum ipsum totidem annis absolutum esse *αυτοβωλος* statuitur, cum versus 5. aliud demonstrat, quem si cum versu 4. collatum recte aspexeris, videbis, certa quadam anni tempestate vnumquemque suo ordine conuiuium perasse, suum cuique diem fuisse *ימי* *איש*, quo absoluto forte sub ipsum anni exitum Iobus liberos accersuit, accersitos ad dignum sacrificiorum usum praeparauit. Fuerunt ergo annua sacrificia, quemadmodum ipsi dies festi annua vice redierunt. Eodem sensu vox *ימי* occurrat Iudic. XI. 40. I Sam. I. 3. II. 19. XX. 6.

subigendis tot bobus opus fuit) quingentae asinae (facta denominatione a numero potiori) praeter seruos et ancillas nostro fuerunt. Ex quibus, cum armenta illis temporibus, teste Iustino, solae opes haberentur, apparet, quantae Iobi fuerint diuitiae. 3) Dignitas et auctoritas maxima. Regem volunt, qui Iobum nostrum cum Iobabo confundunt, supra refutati. Personam tamen publicam egisse, magistratumque gessisse euidenter esse videtur ex Iob. XXIX, vbi relatum legimus, quod pro more illorum temporum in porta ciuitatis confidens causas cognouerit. Ipse Iobus iustitiam suam in dicendo iure ibidem exponit. Dignitati iudiciali accessit prophetica et sacerdotalis. Iobum prophetam apparitiones diuinae non demonstrant aliis etiam factae, sicuti exemplum Abimelechi regis docet. Euincit autem rem illustrissimum de Christo Goele vaticinium, quod Cap. XIX. profat, de quo post multos alios conferri possunt Reuer. WAHRENDORFFII meditationes. Aliud de Christo vaticinium in primis autem piorum communiōe cum Christi morte et resurrectione ab interpretibus non visum a doctissimo IACOBO KOCHIO Iob. XIV. sistitur.** Nobis cum non constitutum sit integrum in Iobum commentarium scribere, non licet esse prolixioribus: videant, quibus volupe est,

** Iobus aduersus Zopharem de felicitate impiorum in his terris, et piorum aduersitatibus disputauerat, negando, se peccatis suis meruisse haec fata tristissima. Miratur, Deum suos communi huius vitae miseria iam laborantes durius habere. Iam ipsam vitae humanae miseriam et onus haud ferendum Cap. XIV. grauissime describit, ac primo quidem vitae breuitatem aerumnosam, tum corruptam originem omnium hominum, indeque fluentem moriendi necessitatem exponit. Deinde sepultis spem vllam huius vitae denegar, cum longe alia sit natura hominis, atque arboris succifae reuirentis per vires in radice residuas, id quod similitudine fluiui exarscentis illustrare pergit. v. II. Procul ab his discedit vir doctus אחר לא in v. 4. cum IOH. COCCIO interrogatiue vertens: nonne ille vnus sc. Christus mediator? Phrasin v. 3. אורי תביא במשש עמך Terminum vitae diuinitus constitutum v. 5. de πληρωματος του χριστου Messiae explicat; in voce חן autem decretum redemptionis videt. Sic v. 7. יך Christum arborem vitae, v. 8. גוע גוע fideles, v. 9. מי diuinitatem Christi designant. Quae singula noster interpres ita disponit, vt in versione sua nunc addat, nunc euidentissimas vocum notiones immutet. Si hoc est sensum Spiritus S. efferre, quid erit inferre? Vaticinia de Christo non sunt fingenda, vbi non sunt, nec ingenio in rebus tam arduis indulgendum, ne rem Christianam Scepticis suspiciosam reddamus. Vid. IOH. IACOB. RAMBACHII dilucidationes Hermeneu. sacrae P. I. p. 442.

pe est, quae ille obseruauit, sed videant etiam, quae ex communi interpretum sententia, et scopo et ipsi verborum indoli magis congrua differunt IOH. HENRICVS MICHAELIS in annotationibus vberioribus ad Hagiographa Vol. 2. CEL. ALBERTVS SCHULTENS in commentario, et B. HOFFMANNVS in noua expositione Iobi cum annotationibus Cel. REIMARI. Non solum autem de Christo, sed et de instanti liberatione Israelitarum, et excidio Aegyptiorum Iobum Cap. XII. 14. 25. vaticinatum vult. Potior nobis auctoritas Iacobi apostoli, qui Cap. V. 10. 11. diserte Iobum prophetis annumerat, quos in exemplum et patientiae et afflictionum fuffit. Denique de sacerdotio Iobi nos dubitare non sinunt sacrificia oblata, non equidem ex Leuitarum sacerdotum lege, quae tum nondum erat lata, sed ad morem Patriarcharum, quo patres familias sacra faciebant. Singula haec egregie confirmat Cel. REIMARVS in Prolegomenis Cap. V.

§. XI.

Fata Iobi felicia excipiunt aduersa, quorum quidem obseruamus 1) originem duplicem α) Satanae calumnias, β) diuinam permissionem. De vtraque Iob. I. v. 6 - 10. differitur. Disputant interpretes, vtrum concilium illud angelorum, cui Satanus interuenit, Iobumque fucatae pietatis inculcauit, qui Deo ipsi rebus immutatis confestim nuntium missurus sit, vere fuerit habitum, nec ne? Sunt, qui cum CHRYSOSTOMO, MERCERO, GROTTIO, et COCCIO ad *προσωποποιαν* aut allegoriam recurrunt, multaque sensum huius loci literalem incommoda premere contendunt, quae felicissime superari possint, si scripturam, vti alias passim, ita et hoc loco *לשון ארם* siue *ανδρωποποιας* loqui teneamus. Nec displicet haec sententia IOH. HENR. MICHAELIS, in annotationibus vberioribus ad Hagiographa, IOH. GOTTL. CARPZOVIO in introductione in libr. Can. V. T. B. IOH. IAC. RAMBACHIO in Collegio Historiae eccles. V. T. et Cel. REIMARO in additamentis ad Hoffmanni interpretationem. Quodammodo ab his discedit B. VRSINVS in Analectis biblicis, qui visione omnia haec peracta iudicat, prouocans cum viris doctissimis iam laudatis ad 1 Reg. XXI. Et VI. Zach. III. Contradicunt autem illis, qui concilium hoc pro vere gesto habendum esse volunt, quanquam et hi in duas abeant familias. Quidam enim cum Bolduccio ratione corporea peractum, et per filios Dei vel prophetas, vel sacerdotes, qui ad ministrandum coram Deo conuen-

uenerint, vel potentes viros, per Satanam vero aduersarium in-
 nuui putant. Alii non ratione corporea, sed modo et Deo et spi-
 ritibus congruo peractum volunt, atque adeo nomine filiorum
 Dei non homines, sed angelos, stylo Scripturae S. solemniter, et in
 ipso Iobi volumine Cap. XXVIII. probato venire. * Sane omnia,
 quae circumstant, docent, vere actum concilium esse, de quo dis-
 putamus. Primo vrgemus canonem, a sensu literali non esse abs-
 que necessitate recedendum. Secundo, quae praecedunt de felici-
 tissimo Iobi statu, de filiorum conuiuio, de sacrificiis Iobi, quae
 sequuntur de direptione facultatum, de internectione liberorum,
 de morbo Iobi etc. historica sunt, quis horum numero concilium
 eximere audeat? Tertio analogia Scripturae sacrae passim docet,
 angelos bonos ad salutem hominum emitti, et Deo adstare, dia-
 bolum vero circumire, nosque apud Deum accusare. Dubia,
 quae sensum literalem premere creduntur, nulla sunt, dummodo
 rationem Deo et spiritibus congruam concipiamus. Non enim
 consequitur, uti IOH. MERCERVS vult, ad literam facta haec dici-
 mus, ergo etiam ratione corporea. Litera opponitur Metapho-
 rac. Visiones in exemplum allatae huc non faciunt, non enim hic,
 ut illic, contextus visionem infert. Ceterum in die, loco et mo-
 do huius concilii non frustra laborabimus. Sunt, qui cum Hebraeis
 diem quandam iudicalem, sunt, qui conuiuialem, sunt, qui nata-
 lem volunt. Cl. KOCHIO aridet dies sabbati, qui ab ipsis angelis
 suo modo prae aliis concelebretur, Nobis nimio emphaseos stu-
 dio laborat MERCERVS ad hunc locum $\aleph \tau \omega \text{ } \square \aleph$ praefixum diem
 demonstrare volunt, cum loca non pauca doceant, articulum hunc
 saepe non definire. Conf. Gen. XIV, 13. XXVIII, 2. I Sam. XVII.
 12. II Sam. II. 6. II Reg. XIX. 5. Pontificii, uti in omnibus sa-
 piunt, quae ab aliis ignorantur, locum concilii per PINEDAM ac-
 curate describunt prope domum Iobi. Alii de $\tau \omega \omega$ illo gloriae,
 alii de alio $\tau \omega \omega$ in his terris dispiciunt, contra quos non adeo felici-
 ter pugnat MERCERVS ad hunc locum. Temere agit, qui locum
 definire suscipit. Idem de ipsa huius concilii ratione probe te-
 nendum iudico. Angelos, cum sint spiritus, pedibus ire nemo
 asse-

E 2

* Confer quae hanc in rem obseruarunt Ven. SIGISM. IACOB. BAVMGAR-
 TEN in commentario: B. AVG. PFEIFFER in dubiis vexatis, et B. HA-
 BICHORST in dissert. de concilio angelorum, quae extat in Thesuro Theol.
 philolog. p. 552.

afferet, finiti tamen cum sint spiritus, de loco in locum se mouere, atque adeo conuenire posse, nemo negabit. Deus est vbique. Vbicunque igitur angeli sunt, stant coram Deo. Dicuntur autem conuenire, vt sistant se apud Deum, quotiescunque peractis mandatis noua expectant, more ab aulis principum repetito, vbi ministri a dextra et sinistra regis consistunt parati ad iussa eius capeffenda. Rem omnem, quoad eius fieri potest, ad liquidum perduxit Ven. **BAVMGARTEN** in egregio commentario in Iobum scripto p. 122. Adde **RAD. CVD WORTH** systema intellectuale p. 1086. ff. Huic ipsi concilio angelorum bonorum permittente Deo se immiscet malus ille animo in Iobum infensissimo, quem in colloquio instituto satis prodit, quod quidem verbis humana voce formatis non factum esse indubium est. Commercialia spirituum, mutuaeque cogitationum communicationes nobis, quibus *επικοινωνία* *επικοινωνία* comparatione illustranda sunt, neque aliter proponi neque intelligi possunt, quam concepto colloquio. Rem ipsam igitur tenemus, licet modum nos ignorare vltro profiteamur, seduloque cauendum existimemus, ne circa illa et exta peccetur. Datur vtrinque extremum, quod fugiendum, ne ab altera parte omnia ad literam interpretando nimii simus, aliisque veritatibus, imo ipsi scopo totius narrationis aduersetur, ab altera autem sensui huius loci literali minus, quam par est, tribuamus, totamque narrationem infringamus: גדול ארנתו ורב כוח להכותו אין מספר Pf. CXLVII. 5. Summa calumniarum, a quibus malus ille spiritus ipsum nomen ducit, haec erat: pietatem Iobi esse mercenariam, cui rebus prosperis immutatis, abiecta omni numinis reuerentia, sine mora nuntium sit missurus, id quod phrasis indicat: על פניך יברכך. Egregie hoc illustrat illud **CICERONIS**: Deus, si talis est, vt nulla hominum caritate teneatur, valeat. Proinde β) Deus permittit Satanae, vt pietatem Iobi rebus aduersissimis tenter. Absit, vt hanc ipsam permissionem iniquam statuamus. Ab aeterno Deus decreuit pietatem Iobi tentare, vt candor eius magis elucesceret, et impia Satanae molimina confunderentur. Hoc itaque sine singula haec relata sunt, vt discamus, Satanam infensissimum Dei et piorum hostem Iobo has calamitates infixisse, Deum autem ex sapientissimo consilio, quo pios plerumque affligit, non vt poenas luant, sed vt exercitio confirmentur, permisisse, vt calumniae Diaboli non tam in Iobum, quam in Deum iniuriae conuellerentur, et gloria nominis diuini cum integri-

tegritate Iobi vindicaretur. Plura, quae huc faciunt, dabit Vener. SIGISM. IACOB BAYMGARTEN P. 117.

§. XII.

Originem excipit ipsa series malorum, quibus Iobi patientia varie fuit tentata. Non vno, sed saepius repetito, Satanae impetu haec absoluitur. Primum fecit in rem Iobi pecuariam, quae partim a Sabaeis * et Chaldaeis abigebatur caesis custodibus, partim fulgure per Satanam concitato ** percutiebatur. *** Post haec **** in ipsos Iobi liberos irruit, quibus in aedibus filii natu

E 3

maxi-

* Sabaeos a Saba, Abrahami ex Ketura nepote, distos diuersos a Semi et Chami posteris Gen. X. 7. 28, incolis Arabiae felicitis, desertam incoluisse, nomen et omen tenentes, supra monuimus. Nitimur testimoniis PLINII L. VI. c. 28. STRABONIS L. 16. et DIODORI SICVLII L. 2. 92. Quibus in boues et asinas irruentibus, Chaldaei a Chesed, Nachoris ex Milca filio, denominati camelos diripiunt, et perinde, ac Sabaei, pastores interimunt, ne a quopiam prodantur, vix vno in quolibet grege excepto, tristium fatorum nuntio.

CHRYSOSTOMVS, POLYCHRONIVS, aliique veterum singulos hos nuntios diabolos fuisse vult, quandoquidem probabile non sit, diabolum pro suo in homines odio vlli pepercisse, ipsaque vox Hebraea proprie angelum designet. Posterius falsum esse quam quod falsissimum nemine monente quilibet intelligit, sed nec prius argumentum recte procedit, cum satanam dirissima sua molimina non tam aduersus seruos, quam Iobum ipsum, struxisse constet. Seruauit autem quosdam ex interneccione, non quod non potuerit eos perdere, sed vt relationibus *αυτοπτων* Iobus magis terreretur.

** In textu Hebraeo dicitur *אש אלהים* quod ipso nomine non ignis in genere describitur, aut ad cultum, quo orientales gentes ignem prosequabantur, respicitur, de quo praeter IO. SELDENVM de diis Syris. conf. HVMPHREY PRIDEAUX Connex. P. I. Libr. III. p. 224. Ignem coelestem vehementissimum, vno verbo fulmen, innui ipsa phrasis *אש אלהים* confirmat. Quo in gregem Iobi immisso Deus ipse iratus videbatur. Neque dubium est, singulari numinis prouidentia, a qua permissiones neutiquam sunt excludendae, ita factum esse, quamquam causa secunda huius tempestatis diabolus esset, *ὁ αἰσχρὸς τῆς ἐξουσίας τοῦ αἵματος*

*** Mira arte Satanas a leuioribus afflictionibus orditur, nam si a grauioribus te- lam exorsus esset, Iobum ceteris leuioribus vix iri commotum augurabatur. Proinde a leuioribus orditur. Ne tamen animus ad patientiam roborari posset, calamitates denunciandas ita cumulauit, vt nouo semper et grauiori vulnere Iobus configeretur, antequam de priori et leuiori sanando cogitare posset. Similiter in eo, quod Satanas diem festiuum expectaret non multo post sacrificia annua a Iobo facta, nouas *μεθόδους* obseruamus. Tela non praeuisa magis nocent, animusque subita rerum conuersione magis afficitur. Iobus iraque omnem numinis cultum irritum habere, saltem apud alios in suspicione- nem religionis fucatae incurrens debebat.

**** Phrasin *וְיִי שָׁרָה* non semper male audire, adeoque liberos Iobi a suspicione intem-

maximi conuiuantibus* impetuossissima procella ex interiori Arabiae deserta tractu, procellarum domicilio per Ef. XXI. 1. Ier. IV. 11. aedes subuertit, liberosque Iobi vna cum omnibus, qui in-
erant, interemit. **

§. XIII.

Infractus Iobi animus nouam Satanae calumniandi occasio-
nem suppeditat. Instat, vt ipse Iobus sibi tradatur. Deus quocum-
que modo corpus affligendum concedit, vitam vero excipit. Itaque
ὁ ἀπολλύων non moratus Iobum dolorosissimis vlceribus adeo per-
cutit, vt vngues scabendo non sufficiant, sed testas ad scabendum mi-
ser

intemperantiae absoluedos esse ex multis scripturae locis comprobauit Ven.
BAVMGARTEN p. 174.

Ven. IO. HENRIC. MICHAELIS in annotationibus vberioribus ad hunc lo-
cum obseruat, notabiliter legi גְּדוּלָה יְרוּחַ non אֱלֹהִים יְרוּחַ quandoquidem
יְרוּחַ אֱלֹהִים sine addita nota discretiua vt I. Sam. XVI. 16. non de vento, sed
de Spiritu S. eiusque operationibus, in Scriptura S. constanter vsurpetur. Sed
vide quae in contrarium monuit Ven. BAUMGARTEN l. c. p. 175. Celeb.
HOFMANNVS ex addito foem. גְּדוּלָה יְרוּחַ conicit Eurum innui, verum loca
quam plurima prostant, quibus euinci potest, ventum quemcumque describi.
Conf. I Reg. XIX. 11. Exod. X. 13. Prou. XXV. 23. Ezech. XXVII. 26. Ipsa
Iobi sedes aduersatur huic coniecturae, siquidem in Auitide Eurum a deserto
flare nequit. Cl. KOCH verba מַעֲרַב הַמִּדְבָּר vertit a litore deserti. Vrgit
hanc propriam עֵבֶר עֵבֶר notionem esse; sed sine tabula ac teste Iobum nostrum
ad oram sinus Elanitici relegat, ipsumque hunc sinum terrae Canaan et
Edom orientalem facit. עֵבֶר generatim transitum, latus, partemque vltorio-
rem denotat, saepissimeque naturam propositionis: cis, vltra induit. Cete-
rum confer de hac phrasi ipsoque turbine Ven. BAUMGARTEN l. c. p. 176,
sub obf. c, et d.

** Communis haec est interpretum sententia, textui sacro congrua, a qua cum
viro quodam anonymo discedit KOCHVS, liberosque Iobi non sub ruinis
aedium sepultos, sed viuos seruatos, suborta vero in mari procella, quod nauis
transuhere, et ad patrem metu praedonum suspensi confugere voluerint, alio
delatos esse statuit. Rursus hic multa prorsus ἀνομβάλως finguntur. Praeter
vllam rationem sufficientem fides nuncii ἀνομβάλως infringitur. Fingitur pro-
cella in mari suborta, quam in terra faeuuisse constat. Fingitur, liberos Iobi
nauem conscendisse, quos in aedibus fratris confedissee sacrae literae docent.
Fingitur, Iobum in insula degisse. Sane tabulae geographicae, quotquot euolu-
ui, insulam ad Ezeon Gebher sitam ignorant. Par parium est ratio. Si
vnus nuncii fides dubia, quis pro reliquis spondebit? forte et illi Iobum de-
ceperunt? forte et greges a praedonibus non abacti, a fulmine non percussii
sunt? Quid tandem Iobus erit nisi fabula?

ser conquirat. Multum disputant interpretes de hoc Iobi morbo.* 10. DE PINEDA 32 morbis Iobum laborasse iudicat. Ohe! fatis est! Non vna morborum specie miserum afflictum esse facile concefferim, sed omnes applicare velle, nimium videtur. Ineptissime omnium iudicant, qui cum IAC. BOLDVCCIO, aliisque pontificiis luem venerream concipiunt, nostrumque patronum foedissimo hoc morbo laborantium esse cupiunt, aduersus quos vide SIGISM. IAC. BAUMGARTEN l. c. p. 281. Sane Iobi aetate de hoc turpissimum hominum flagello constituisse, probari nequit. BARTHOLINVS et SCHEVCHZERSVS malunt vlcus Syriacum, quod a plerisque pro plaga Aegypti et morbo Hiskiae habetur: sed, quum eo potissimum fauces inficerentur, alii de pessima leprae specie, elephantiasi dicta, dispiciunt, quam CELSVS L. III. c. 23. ita describit: Totum corpus afficitur ita, vt ossa quoque vitari dicantur, summa pars corporis crebras maculas crebrosque tumores habet, rubor illarum paulatim in atrum colorem conuertitur, summa cutis inaequaliter crassa, tenuis, dura mollisque quasi squamis quibusdam exasperatur, corpus emacrescit, os, pedes, surae intumescunt. Vbi vetus morbus est, digiti in manibus pedibusque sub tumore conduntur, febricula oritur, quae facile tot malis obrutum hominem consumit. Passim de his symptomatibus queritur Iobus. Proinde antiquissimi interpretes tantum non omnes, in eam sententiam iuerunt, inducti lacinia Graeci interpretis Iob. II. 8. addita, qua Iobus aegrotans extra ciuitatem degit. Prae aliis recentioribus antiquam hanc hypothesin defendit AVG. CALMET, neque negari potest vocem פִּתְּוֹ , qua morbus Iobi describitur, Leu. XIII. 18. in depingendis leprae phaenomenis occurrere, cuius varias fuisse species non tantum sacra, sed et profana monumenta demonstrant. Conf. AVG. CALMETI diss. de natura, causis et effectibus

Vid. GEORG. SERPILII personalia Iobi P. I. p. 29. SAM. REIMARI prolegomena Cap. V. §. 9. THOMAE BARTHOLINI tract. de morbis biblicis cap. 7. GEORGII WOLFFGANG WEDELII exercit. medic. philolog. cent. I. dec. 4. exerc. 2. IOH. IACOB. SCHEVCHZERI specimen physiologiae sacrae, quod extat in bibliotheca Bremensi Classe 2, fasc. 3. p. 397. et in Physica Iobi p. 6. AVG. CALMETI diss. de morbo Iobi, quae in prolegomenis eius biblicis a Manso latine versis legitur p. 327. Prostat etiam in Thesaurio Theol. Phil. T. I. p. 556. Dissertatio M. IOH. REISKII de morbo Iobi difficili sed quo iure sic inscribi potuerit non video, cum maximam partem de canibus agat, et obiter tantum huius morbi fiat mentio.

sibus leprae T. I. p. 74, edit. Mansi. Quicquid sit, $\pi\omega$ שרין notat
 vlcus ex inflammatione. Fuit in Iobo vniuersale, a planta pedis
 ad verticem visendum Cap. II. 7. continuum et conferte se exci-
 piens Cap. XVI. 14. feruidum et vrens Cap. II. 13. VI. 10. cum
 doloribus $\epsilon\sigma\epsilon\sigma\kappa\omicron\pi\omicron\iota\varsigma$, cum febris et intensissimo venarum motu con-
 iunctum, quod elegantissima phrasis Cap. XXX. 17. $\text{וְעָרְקִי לֹא יִשְׁכַּבְתִּי}$
 exprimit, de qua vide MICHAELIS annotationes vberio-
 res ad Hagiographa. Hinc cutis lacera, arida, nigra, rugosa, putri-
 da, et tantum non verminosa Cap. VII. 5. vt a cadauere foedis-
 simo parum differret Cap. XIX. 17. Quae si attendimus, facile
 iudicamus morbum Iobi praeternaturalem fuisse, in quo ille ipse
 $\theta\epsilon\iota\omicron\nu\ \tau\iota$ agnouit, Cap. XIX. 21. Deo igitur permittente Satanas
 Iobum adeo miserum dedit, cuius operationes in corpus negat
 BALTHASAR BECKERVS in mundo fascinato L. II. cap. XXV. §.
 14. vbi, quae in sacro Codice disertis verbis satanae tribuuntur,
 de Deo ipso interpretatur: et exiuit Satanas a facie Iehouae, et ipse,
 scilicet Iehoua, percussit Iobum. Nescio an multum absit ab hac
 mente noster interpres, siquidem in obs. ad cap. II. negare vide-
 tur, corpus Iobi immediate a Satana afflictum, singula haec me-
 diantibus animae operationibus a Satana turbatis effici potuisse
 pronuntians. Non negamus arctissimum animae cum corpore
 commercium in valetudine cum prospera, tum aduersa. Ipsi
 affirmamus, potuisse in hoc morbo quasdam causas naturales con-
 currere, quorsum in primis vehementissimae animi commotio-
 nes, tristissimis rerum felicissimarum commutationibus inductae,
 spectant. Sed principem morbi causam motus a Satana in ipso
 corpore concitatos esse contendimus. **

§. XIV.

** Minime omnium ab omnibus piis aequae ferri potest coniectura viri docti, in
 obseru. c. exhibita, sanguinem in Iobo perinde, ac in Christo agonizante eru-
 prurum inter cutem stagnasse vlcibus inde abortis. Agon Christi sangui-
 neum sudorem exprimens multis parasangis superat tristissimum Iobi statum,
 neque fuit naturalis, quicquid excipiant SAGITTARIUS, POSNERVS et
 BARTHOLINVS. Testes voco IOH. WOLFFG. WEDELIVM in exercit.
 medic. philolog. Cent. I. dec. 3. Exerc. I. VAL. HENR. VOGLERVM in Phy-
 siologia hist. pass. Christi, cap. 3. et IOH. CASP. MERCKEN in obseru. Criti-
 cis DXXXII. in passionem Iesu Christi p. 103. Res ipsa nostro interpreti ad-
 uersatur. Nimirum omnes Aesculapii filii asserunt et, sanguinem ipsum, et
 sanguinis circuitum longe aliter se habere, quando animus tristis et in angu-
 stiis constitutus, quam cum hilaris est et gaudio affectus, scilicet cor, quan-
 do laetitiae passionem subit, quasi dilari, massam sanguineam attenuari, san-
 guisque

§. XIV.

Ultimum Satanas impetum in ipsum Iobi animum fecit per varias suggestiones, quas inter primas tenet exprobratio religionis a coniuge facta. Fabulae sunt Iudaicae, quae de Iacobi filia Dina vxore Iobi circumferuntur. * Quaecunque demum haec fuerit, multos causae suae patronos et aduersarios nacta est, quorum illi verba eius **עורך מתיק בתמתך ברוך אלוהים ומת** mitius interpretantur, ac quidem sonare videntur. Sufficiat ex multis THEODORVM BEZAM, SIXTINVM AMAMAM, et SAL. GLASSIVM nominasse, qui hunc dictorum sensum esse contendunt: adhuc tu retines integritatem tuam, benedic domino glorificando nomen eius confessione et deprecatione peccatorum, atque sic morere. Non abnuimus, ancipitem fore verborum sensum, nisi responsum Iobi, ab ipso Spiritu S.albo lapide notatum, nos edoceret, frustra defendi mulierem ** vt pote communi praediuicio occupatam, gratis Deum coli, quandoquidem nihil discriminis intersit inter pios ac impios. Interpres Iobi Graecus prolixum mulieris discursum intercalauit, in quo multa finguntur, et dubia, quae occurrunt, non soluuntur. *** Res omnis redit ad expositi-

guinisque cursum ac recursum fieri celeriore, ita, vt in extrema membra largiter se diffundat, eaque calefaciat: si autem passioni contrariae succumbat, atque angustiae et tristitiae vinculis constringatur, contraria via cor quasi coarctari, sanguinem incrassari, atque eius circulationem lentiore ac tardiore esse, imo vero sanguinem, qui in affectu gaudii a corde se largiter ad extremas corporis partes diffuderat, in tristitia largiter ad cor refluxere, quo hanc vitae arcem conseruet, quae etiam causa est, cur subinde exteriora membra, in primis vbi praeualidus moestitiae metus se admisceat, frigescant, et obri- gescant, adeo vt secundum principia medica profus fieri nequeat, vt tempore summi metus et tristitiae, quae in Iobo fuit, sanguis vasibus suis erumpat.

* Vide IOH. DRVSII nouam versionem et scholia in Iobum p. 33. nec non IOH. ALBERTI FABRICII codicem *Ψευδοπνευματων* V. T. Tom. I. p. 791. Non defuerunt, qui in hac mulieris forma malum angelum aut Iobi *σαρκικη και αιμα* latuisse crediderunt, quemadmodum obseruauit Ven. SIGISM. IAC. BAVMGARTEN l. c. p. 245.

** Ineptam eius defensionem exhibet Praxis regularum exegeticarum P. II. P. 57.

*** Verba ita se habent: *χρησιου δε πολλου προβεδηκotes ειπον αυτα η γυνη αυτου μικρα τινος κατεστησεις λεγων ιδου αταμια χρησιου επι μικροι προσδεχομενος την ελπιδα της σωτηριας μου, ιδε γαρ ηφανισαι σου το μνημοσυιου απο της γης: υιοι και θυγατρες εμης κοιλιαις αδινες και ποιτοι, ους εις το κειο ενοπιισα μετα μοχθωι ου δε αυτος ει σατραυ σκα-*

expositionem vocis בָּרַךְ, quae, pro vt in vtramque partem accipi potest, diuersum vtrinque sensum admittit. Et constans eius vsus in antecedentibus sc. v. 5. et Cap. I. 5. 11. et reprehensio a Iobo facta, dubitare nos non sinunt de mala vocis notione adstruenda. Vbi tamen nimium facere videntur, qui sarcastice dictum volunt: age, perge in cultu tuo, morientem spes omnis deludet. Ita sentiunt SEB. CASTELLIO, IOH. MERCERVS, IAC. GVSSETIVS, IOH. CLERICVS cum in bibliothecae Anc. et Mod. T. 17. p. 1. tum in commentario. Iniquissime omnium de muliere Iobi statuunt, qui iubent, his ipsis verbis Deum abnegari et blasphemis impeti. Ita AVGVST. PFEIFFERVM in dubus vexatis Cent. III. l. 32. ABRAHAMVM CALOVIVM in bibliis illustratis, IOH. ADOLPHVM HOFFMANNVM, AVG. CALMETVM in Comment. et KORTVMIVM in Paraphrasi iudicasse video. Medium tenuere admirantis pertinaciam in religione, tum indignantis. Scilicet mulier impatiens iam tum, cum primum audiret nuntium de bonis omnibus ac liberis amissis fortem et pium mariti animum aegre tulerat, nunc cum foedissimum morbum eadem constantia ferri videret, palam profitetur, quid statuatur, adhuc tenes integritatem tuam? adhuc Deum laudas? adhuc preces ad Deum fundis? בָּרַךְ אֱלֹהִים valere iube Deum, cessando a precibus et cultu religioso, irrita sunt omnia, וְמִוֹרָה non alium virtutis tuae fructum expecta, quam vt breui sub atrocissimis plagis miserum reddas spiritum. Atque adeo non iubet Deum abnegare, et conuictiis petere, aliud tantum virtutis et religionis systema concipiendum esse monet, cum ex his viri religiosissimi calamitatibus satis elucescat, res humanas coeco fato volui, ac proinde non esse, quod summo numini probum improbumque iuxta habenti tam intensus cultus deferatur. Non inanis est coniectura Cel. ALBERTI SCHVLTVENS ad h. l. qui suspicatur בָּרַךְ אֱלֹהִים וְמִוֹרָה **** fuisse formu-

ληκαν και ησθη διαουκτερευαν αυθριος. Κατα πλανητις και λητεις τοποι εν τοπου περιερχομενη και οικιαν εξ οικιας προσδεχομενη την ηλιοσ ποτε δυσεται ινα αναπαυσωμαι των μοχθων μου και των οδυων αι με εν συνεχουσιν. αλλα ειπον τι ηημα εις κυριοσ και τελευτα.

**** בָּרַךְ κατ' αντιφραση pro maledicere stare quandoque, Lexica plerumque docent. GOCCEIVS peritius obseruauit ευφημισμοσ in eius vsu occurrere, nam בָּרַךְ benedicere vsurpari amat pro valedicere alicui, hinc porro gradus factus est ad vsum secundarium κατ' ευφημιαν, quo valere iubemus ea, quae reicimus, parumque

formulam inter parcos numinis cultores volitantem, qua religionis studium vt inutile eludebant. Genuinum est: edamus, bibamus, cras moriemur *Es. XXII. 13.* Hanc vocem saepe a Iobo castigatam nunc obiectasse ei videtur vxor, tanquam verissimam, quum ipse nunc numinis frustra culti triste iaceret documentum. Exemplum igitur victae patientiae speique abiectae sistit nobis haec femina, tamen non adeo impie sensisse videatur, ac verba ex praecipiti affectu fusa produnt. Sane quod statim ad meliorem mentem redierit, ex eo fit probabile, quod a viro grauius reprehensam non muliebri more oblocutam legamus. Adde, quod rebus Iobi aduersis mutatis non inter eos fuerit, quibus Deus imperauit, vt errores suos deprecarentur. Equidem occurrit locus *Iob. XIX. 17.* qui nobis aduersari videtur וְרַחֵם אֱלֹהִים אֶת־אִשְׁתִּי ex quo colligunt interpretes mulierem in impietate persistisse, quandoquidem miserum maritum nauseans deseruerit.* Sed contrarium inde colligere mallet, quomodo enim nauseare potuit halitum Iobi olentem, nisi omnium proxime afflicto adfuerit? Quicquid sit, imbecillitatem potius vituperandam, quam impietatem notari dixerim, qua ipsos Sospitatoris discipulos, vbi Christum vinculis constrictum deseruerunt, laborasse videmus. Quae cum ita sint, quid de salute vxoris statuendum sit, apparet. Damnavit eam *CHRISTOPH. DANIEL DISTEL* in *dissert. de salute trium vxorum Lothi, Iobi, et Pilati, sub praesidio B. CHRISTOPH. SONNTAGII* habita *Altdorff. 1692.* falsissima hypothesis de blasphemis eius in Deum verbis, et vere diabolicis innixus. Nos per ea, quae iam monuimus, rectiora edocti bene speramus. Certe Iobus superatis diebus calamitosis ex eadem alios genuit liberos, nec est, quod intercedat vir doctus, aliam hanc fuisse coniugem, cum scriptura de secundis Iobi votis sileat; quid igitur tacente Scriptura S. definiendum?

§. XV.

Insigniter auctos Iobi dolores his ipsis mulieris suggestionibus non est dubium, cum videret, sociam malorum, quae aeger-

F 2

rimum

parumque curamus notione vel intensa, vel remissa pro variis circumstantiis. Egregie ex Graecis et latinis auctoribus haec illustravit *Cel. ALBERTVS SCHVLTENS* in *Comment. p. 12.*

* Varias variarum sententias de difficili hoc loco diiudicauit *Cel. SCHVLTENS* in *commentario p. 472.* integrumque versum ita vertit: Spiritus meus fastiditus est vxori meae, etiam vbi ventris mei filios comploro.

rimum et verbis et ope iuaret, non tantum errare in recto de Deo sensu, sed et insciam fieri instrumentum, quo Satanas vteretur, vt omnem numinis cultum irritum declararet. Recte igitur et grauiter fuit reprehensa. Sed aliae supersunt insidiae per amicos struendae. Etenim sparsa longe lateque de calamitatibus Iobi fama, tres et animo et sanguine coniuncti Iobum conueniunt. * Nomina cum patria exhibentur Cap. II. 11. scilicet Eliphazus Themanites, ** Bildad Suchites, *** Zophar Naamatites, **** quartus Elihu proxime a Iobo habitasse et iam tum adfuisse viderur. Quam primum conueniunt * tanta calamitatum dolorisque agmina cernunt, vt vix Iobum ipsum agnoscant. Sublata voce fata eius deplorant, laceratis vestibus ** more Iugentium capita sua puluere conspergunt. *** Ita septem dies toti-

* Sunt, qui ex Cap. VI. 19. 20. colligunt, fuisse hos amicos misso ab vxore Iobi nuntio inuitatos. Fabulis Iudaeis qui delectatur adeat SERPILII personalia Iobi P. I. p. 345. et BARTHOLOCCII Bibliothecam Rabbinicam P. III. p. 562.

** Vtrumque, et nomen, et cognomen, genus et patriam viri indicat. Non est dubium, quin ab Esauo familiam duxerit per Gen. XXXVI. 10. 11. Dubium est autem, quoruscumque ab Esauo fuerit, an filius primogenitus, an nepos, an pronepos. Ipsum cognomen patronymicum rem omnem definit. Themanites audit, i. e. filius Themanis, a quo vrbs et regio Idumaeae nomen accipit, quae ipsa per synechocochon in codice S. quandoque Thema vocatur. Ier. XLIX. 7. Ezech. XXV. 13. Neque obstat, quod secundum Es. XXI. 13. 14. Thema in Arabia sita sit, siquidem pars Idumaeae Arabiae desertae adscribi solet.

*** Ipsum Bildadi cognomen docet, eum ad familiam Suachi pertinere, qui inter filios Abrahami ex Ketura numeratur, et Arabiam desertam, communem Keturaeorum sedem incoluit. Sine dubio Suchitae sunt illi veteribus Geographis dicti Saccaeae terrae Ausitidi contigui. Vid. SPANHEMIVS Cap. 14. §. 7.

**** Huius origines indagare foret operam cum oleo perdere, incerta sunt vestigia, quae siue Timna, siue Tzepho, siue Schobal, siue tandem Naaman, Idumaeae oppidum suppeditare creduntur. Minaeorum regem appendix Graeca facit, de quo SPANHEMIVS l. c.

* Doctissimus IACOBVS KOCH negat, voci נָר, quae finem huius conuentus describit, notionem vices alicuius dolendi competere, sed aduersantur illi loca quam plurima, in primis Ier. XVI. 5. XXII. 10. Nahum III. 7. adde Iob. XLII. 1.

** B. IOH. ADOLPHO HOFFMANNO videtur fuisse signum regiae dignitatis, refragante omni antiquitate orientali Conf. I. Sam. II. 19. Es. IX. 3. coll. cum I. Sam. XV. 27. XVIII. 4. Communis ergo orientalium hic fuit vestitus. Ceterum de forma ipsa vid. AVG. CALMETI dissert. T. I. p. 581. edit. Mansi.

*** De ritu caput puluere conspergendi conf. PETRI ZORNII Bibl. Antiqu. Exeger.

totidemque noctes silentio transigunt. Negotium interpretibus non leue facessit, quod amici Iobi dicantur septem dies ac noctes in terra muti sedisse. Nisi commoda interpretatione illud mitigetur, multa trahet incommoda. Nam ad miraculum recurrere, diuinamque virtutem, quae eos per hos dies sine cibo et potu et somno sustentauerit, est extra oleas vagari. Non possum tamen Cel. COCCIO assentiri, monenti, non opus esse, ut putemus, eos septem diebus continuis sedisse, sed quoties federunt illis diebus, humi sedisse. Literae tenacior B. SEBAST. SCHMIDIVS credibile autumat, in terra medioque puluere omnes interdiu sedisse, noctu autem decubuisse, tenui tantum parcoque cibo adhibito, qui panis luctus audiatur. Scriptura S. solet *εργον*, cui homines acriter insistant, continuam appellare, tametsi *παρηγοια*, quae necessitas ipsa imperat, non excludat. Ita II. Sam. XII. 16. 17. 18. David decumbens et pernoctans ieiunat, orat, plorat pro salute filiioli integro septiduo. Vecors erit, qui nunquam regem locum suum mutasse, nullum plane cibum petiisse crediderit. Ipse contextus aliud docet v. 17. conf. v. 20, vbi lotio, vnctio, vestisque resumptio docet, quid in luctu sordibusque sedenti fuerit omissum. Quae si ad amicos Iobi transferantur, omnis difficultas euanesceat, atque sensum non alium esse patebit, quam integrum septiduum more ingrauiissimo luctu solemniter fuisse transactum. Adde Ezech. III, 15. Sed quid de tristi silentio statuendum, quod in luctuoso hoc confesso obtinuit? ואין רבר אליו רבר Nullum, ne eos verbum ex ore emisisset, nec Iobum salutasse, nec inter se inuicem nec cum domesticis collocutos dicemus? **** Vix dixerim, ipsa verba perspicue docent, tantum ad Iobum verba non esse facta, sc. quae dolorem eius minuere possent. Ita Latinis et Germanis alloquium stat pro solatio, Hebraeis non abnuentibus. Conf. Gen. L. 21. Es. L. 4. Deuter. X. 11. Ergo qui allocutum venerunt

F 3

ami-

Exeget. T. I. P. 7. p. 595. Iam obseruasse sat erit amicos Iobi puluerem supra capita sua iaculatos coelum versus, quo ipso grauissimos mutati animi affectus declarauerunt. Conf. Act. 22. 23. Ita cum Iobo confident in terra. Hunc morem lugentibus solemnem fuisse probant loca II. Sam. XII. 16. Ezech. XXVI. 16. Eir. IX. 3. add. Esa. XLVII. 1. vbi sessio in terra coniungitur cum sessione in cinere.

**** Exempla silentii signi luctus occurrunt Thren. II. 10. Es. XXIII. 2. Ps. XXXIX. 3. Ezech. III. 15. Confer. MARTINI GEIERI librum de luctu Hebraeorum cap. 13, et CONR. IKENII antiquitates Hebraeorum P. III. cap. 14.

amicum telis diuinitus immisiss confixum altissimum tenebant silentium. Rationem ipse textus subiicit כִּי רָאוּ כִּי גָרָה הַכָּבֵד מֵאֵרֶץ וְיָבִי וְיָבִי ubi obserues verbum גָּרָה ingrauescendi notionem tueri, quod ex Cap. XXI. 18. constat. Adde Gen. XIX. 13. Es. XLIX. 21. Hoc ipsum quatuor nobis fontes grauissimi illius silentii aperit. Primum quod ora praeclusit est malorum inaudita magnitudo, quae nunc nouo impetu recrudescabant. Accedit 2) quod, cum curae leues loquantur, ingentes sileant, opinati sint, dolores importuno alloquio non esse exasperandos. Addo tertium, quod in cinere iacentes vna cum Iobo suspiriis, lacrymis, precibus ardentissimis, auxilium diuinum implorauerint. Sed quarto tandem, cum coelum ipsum videretur occlusum, dolorque nouas fumere vires, sinistra subrepit opinio Iobum haud immerito telis diuinis iacere confossum, quippe qui turpem egisset hypocritam. In quod praecipitium plerumque ruere homines, vbi alios prae aliis affligi vident, quis nescit? Hunc fuisse cumulum calamitatum, quibus cum Iobus conflictatus est, vniuersum disputationis secururae filum euincit.

§. XVI.

Nunc de ipsa Iobi disputatione cum amicis instituta paucis dispiciendum. * Obscurissimus Iobi liber facilius a nobis intelligitur, dummodo obseruemus probe 1) hypothesin Iobi, 2) hypothesin trium amicorum. ** Priorem ita concipiendam esse nemo

* Lectu dignissima est praefatio Cel. ALBERTI SCHVLTENS, commentario suo in Iobum praemissa, vbi non tantum de dissensu interpretum, naeuisque commentariorum, sed et de singulorum capitum arce egregie profus disseruit.

** Longe alium tramitem elegit doctissimus IACOBVS KOCH, nouamque profus faciem Iobo nostro coniecturis suis affinxit. Absonum ipsi videtur, generaliter asserta de fortibus bonorum et malorum concipere, vbi alter affirmet, quod alter non neget, ipsos Dei sermones inter fulgura et tonitrua pronuntiatos parum ex communi interpretatione ad rem facere, quandoquidem neque Iobus, neque amici diuinam potentiam vnquam negauerint, de iustitia disputantes, minus conuenisse aeternae sapientiae, tentatum Iobum prolixis descriptionibus regni animalis morari; Quicquid Iobus disputauerit cum amicis, circumstantias temporis, personarum, gentium, affectusque inde concitos proderere; Fontem omnium in interpretando Iobo errorum esse visionem Eliphazi Cap. IV. male de diuina reuelatione intellectam, cum diabolus ipse Eliphazo sic imposuerit; In hac arce Cap. IV. et V. exstructa cum oppugnanda, tum defendenda omnia conuenire, quae tanta cum animorum commotione disputentur; Iobum negare diuinam huius visionis originem, amicos affirmare. Illum singulis respondere, et vtdexteritatem suam in diiudicandis spiritibus comprobet,

nemo non videt, vt nec euanescat laus patientiae et virtutis a Spiritu S. repetita, nec vero ipse prorsus excusetur, quandoquidem non ab Elihu tantum, sed et a Deo ob inconsideratius dicta fuit reprehensus. Agnoscit Iobus se et secum omnes homines coram

probet, aliud vaticinium de instanti internecone Aegyptiorum Cap. XII. rursum aliud de communione fidelium cum Christi morte et resurrectione Cap. XIV. opponere. Quae dum ab Eliphazo refutantur, Iobus lectum ingruentem nocte sibi straturus de ponte versatili deiicitur, misere clamitanti et deliquium animi patienti succurritur cap. XVII. et XVIII. qui cum ex lapsu periculossimo vix respirasset, iterum exanimatus apoplexia se corripit credit, honestam sepulturam cum epitaphio ab amicis petit Cap. XIX. Zophar, qui iam discessum parauerat, ex Iobo, ad se redeunte, quaerit, an forte praeiudicia Mosis adoptauerit, quem vt pote balbutientem conuitiis pessime profcindit, irritam fore in terram Canaan expeditionem contendens Cap. XX. Iobus perterritus incusat amicos studii partium, inprimisque idololatricam Aegyptiorum vitam depingit Cap. XXI. Eliphazus Iobum perduellionis et fractae in Pharaonem fidei, qui ipsis etiam Idumaeis imperauit, reum peragit Cap. XXII. Iobus, spreta regis ira, Aegyptiis et Amalekitis, vtrisque contra Israelitas exeuribus, cladem imminemtem praedicit Cap. XXIII. et XXIV. Bildadus pacem a Pharaone seruatum et fortissimos exercitus depraedicans subito reticescit, quasi genas subtrusus Cap. XXV. Iobus ex castello montano Israelitas mare transeuntes, submersosque Aegyptios amicos commonstrat Cap. XXVI. et XXVII. *νεμερλια* submersorum ad litus eiecta describit, et agnitum ex gemma singulari prorsus modo obducta Pharaonem cum aliis sepeliendum curat, idolis Aegyptiorum illudit, suis opes expiscantibus veram sapientiam, timorem Dei, commendat Cap. XXVIII. Nihilo tamen minus regias has diuitias, vxoris inuidiae obnoxias spernit, priscae felicitatis memor vitae ante aetate rationem reddit. Cap. XXIX. XXXI. Tandem Elihu, orientali fastu turgidus, surgit, iam prostratam visionis Eliphazo factae auctoritatem denuo vrget, Iobum vxori repudiandae conciliat: quae dum fiunt, grauis oritur tempestas, qua transeunte agmina coturnicum, sillicidium Manna, et admiranda columnae nubes *θεοκραταια* eminus videt, videns respiscit, respiscens Iobi innocentiam agnoscit, Cap. XXXII. -- XXXVII. Deus ipse in nube ab Elihu visa in gratiam Iobi apparet, primo auctorem omnis rixae, Satanam, deinde auditores, in primis Eliphazum et amicos compellat, quibus superstitionem astrologicam et artes praestigiatrices per idola Teraphim dicta exercitas, exprobrat Cap. XXXVIII. Iobum parabolico dicendi genere, non a quouis intelligendo, de multis, quae dubiam traerant mentem, monet; sic mulierem non repudiandam sistit leaena, liberus leones catuli, ecclesiam capra, Edomitas onager, Chaldaeos et Assyrios Rhinoceros, Pharaonem Behemoth siue crocodilus, satanam leuiathan. Haec prora et puppis totius libri, in quo tot *παροιμια* occurrunt, quot dubia vexata interpretes exercuerunt. Longissimum foret iter decurrendum, si singula examinare vellemus. Velim vir doctissimus ante, quam se ad interpretandum Iobum accinxisset, legisset, quae S. R. CHRISTOPH. WOLLE in elegantissima praefatione ad SAM. SHUCKFORDI harmoniam scripturae S. cum pro-

una

coram rigido Dei iudicio per iustitiam suam aut sanctitatem stare non posse, Cap. IX. 2. XIV. 4. hoc tamen sibi testari conscientiam ait, quod serio Deum coluerit Cap. IX. 34. X. 7. provt etiam ab ipso Deo hanc laudem retulit. Nesciebat igitur vir bonus,

fana antiquitate de coniecturis exegeticis docte monuit. Id in primis male me habet, quod ipsam sapientiam diuinam parum congrue rem suam perorasse statuat, si, quae communis est omnium interpretum sententia, de regno animali cum Iobo disputasset solatium anhelante. Deus omnia facit iusto tempore; atqui Iobus contentionibus suis aduersus Deum modum et modestiam supergressus ante omnia ad officium redigendus erat, quod immensitate cum sapientiae, tum potentiae ex creaturis elucescente, ob oculos posita optime fieri poterat. Prona inde consequentia creaturae cum creatore suo non disputandum, vti Iobus fecerat Deum iteratis vicibus in certamen vocando, cumque potentia Dei limites non agnoscat pariter ac sapientia, leges ipsi neutiquam scribendas esse, secundum quas cum suis agere debeat. Vniuersa libri oeconomia sistit nobis prouidentiam Dei irreprehensibilem, cui omnia, etiam minima, subfunt, in qua praeter iustitiam et sapientiam, incomprehensibilis potentia summi rerum arbitri cernitur. Quem aliis impingit Vir doctus fontem falsarum interpretationum, eius ipsum arguimus. Negat visionem Eliphazo factam diuinam, diabolicam illusionem esse asserit. Probe scio diuersas interpretes inuisse vias. Sunt, qui omnia ab Eliphazo conficta volunt, vt maiorem distis suis auctoritatem conciliaret, quorum rationes profligauit Ven. BAUMGARTEN l. c. p. 431. Sunt qui, quod horridum dictu recte pronuntiat IOH. HENRICVS MICHAELIS in annotationibus vberioribus ad Hagiographa, Eliphazum a diabolo μετασχηματισθῆναι εις κγγελον φωτος delusum, quo vehementius in Iobum inueheretur, contendunt, quam cum sententiam vir doctus sibi defendendam suscipiat, audiamus eius argumenta. Pronocat ad ipsam visionis descriptionem, qua Eliphazus docet, insonuisse auribus suis sibilum et obscurum quendam fugacemque fragorem, haec indicia congruere visionibus magorum et hariolorum, in quibus perspicuitas et veritas nunquam non desiderantur. At enim vero partim nititur hoc argumentum ψευδερμνεια quarundam Phrasum, partim cum indubiis exemplis magni terroris ab ipsis diuinis reuelationibus incussi pugnat. Conf. Dan. VIII. 17. 18. Gen. XVII. 12. Hebr. XII. 18. 21. Phrasis יבנה יבנה אלהי דברי אלהי nihil aliud innuit, quam secretius hoc oraculum communicatum esse, id quod egregie docet Cel. ALBERTVS SCHVLTENS ad h. l. Quae sequuntur שמי שמי ומהו מהו ומהו מהו maioribus difficultatibus obnoxia videntur, cum doctissimi interpretes circa vocem rariorem שמי haereant. Cel. Viro praeceunte IOH. COCCIO, nec multum discrepante SEBAST. SCHMIDIO, susurri s. soni tenuis notio placet, cum contra B. LVTHERO, BVXTORFFIO, aliisque sit pro particula, rursus dissentient Cel. SCHVLTENS, et de sermone pulchra serie conexo dictam vocem interpretante vid. Cel. IOH. CHRIST. CLODII Supplementum Lexici Guffetiani sub שמי. Quamcunque ex his sententiam eligas, nihil reuelatione diuina indignum exculpes. Ipsae eius circumstantiae exponuntur v. 13, ita quidem, vt primum de tempore, deinde de modo et statu, in quo

bonus, quum vndique affligeretur, rationes occulti huius iudicii, et ordinis diuini, quo fieret, vt pii velut impii subinde adeo duriter a Deo haberentur, cum improbis saepe omnia ex voto succederent, aequius et iustitiae diuinae conuenientius fore ratus, si piis

in quo Eliphazus tum fuit, tandem de ipsa voce percepta differatur. Siue vigilantem, siue somniantem Eliphazus haec obtigisse dixeris, de obseruatione siderum nocturna ne vigilans quidem somniaueris, cum vel Iobum Cap. III. de mira astrorum coniunctione conqueri, vel amicos inani praeiudicio influxus siderum in res humanas captos fuisse, nunquam probari queat. Ipsa vis vocis וְיָוִן nunquam vsum oculorum ordinarium, qui in obseruandis sideribus obtinet, sed semper visionem, reuelationis speciem, indicat. Neque nexus verborum, quae v. 13. et 14. prostant, necessario infert, Eliphazum tum temporis aliam visionem animo reuoluisse, sed inter ecstáticas cogitationes, quae a visionibus nocturnis, en causam et indolem! oriri solent, miraculoso terrore percussum fuisse, quem ipsum terrorem tantum abest, vt pro charactere illusionis diabolicae habere queamus, vt potius diuinarum reuelationum comitem, in ipso praesentim initio, horrorem et timorem saepissime fuisse teneamus, quo homines acrius attenderent, et tantis mysteriis percipiendis longe inferiores se agnoscerent, vt videre est Gen. XV. 12. Act IX. 3. 4. 7. 8. Iam v. 15. nouae circumstantiae adduntur, causam terroris exponentes. וְיָוִן וְיָוִן vbi obserues, h. l. non spiritum siue creatum, siue increatum, sed ventum designare. Etrius vocis Ef. XXI. 1. et mos ille diuinus praeuio vento se reuelantis obseruationi nostrae fauent, conf. I Reg. XIX. 21. Act. II. 21. Ita iam dudum sensisse video interpretem Graecum, IOH. COCCETIUM, SEB. SCHMIDIUM, Ven. BAUMGARTEN, et Cel. SCHULTENS. Dissentit Cl. KOCH, et vrget defectum subiecti praedicatis in v. 16. competentis, sed salua res est, dummodo יְעוּר imperpersonaliter accipias, stetit aliquis, nisi malis subintelligere Deum, quem Eliphazus per ea, quae sequuntur, omnino respicit. Verba וְיָוִן מְרֵאָהוּ וְיָוִן אֲכִיר ita vertenda dixerim: et non agnouit formam eius visibilem, scilicet Dei ἀσφατος. pergit: dubia haec phrasis interpretibus visa. Facillimam inuisse viam videtur IOH. HENRICVS MICHAELIS, qui non sine multorum consensu creberrimam ellipsin verbi וְיָוִן supponit: imago αὐτοῦ maiestatis diuinae erat coram oculis meis. Ex quo inferimus 1) inuisibilem Deum certo quodam signo singularem suam praesentiam manifestasse, more temporibus V. T. recepto. 2) Signum illud praesentiae diuinae ἀσφατος fuisse. Ipsa vox audita generale Dei essatum de conditione hominum exponit v. 17, quod comparatione hominum cum angelis instituta vberius confirmatur v. 18. 21. Prius oraculi membrum duplicem admittit interpretationem, alteram comparatiuam, alteram positiuam. Ex illa dici potest: num mortalis prae Deo iustus erit, ex hac vero: num mortalis coram Deo iustus erit, iustitia scilicet propria et inhaesiuua. Plerosque in priorem sententiam inclinasse scio, quos inter SEB. SCHMIDIUS, Cel. REIMARVS, et IOH. HEINR. MICHAELIS non vltimas tenent. Dissentit cum Cel. SCHULTENSIO noster interpres, negat vllum vnquam mortalium se Deo ipso iustio-

piis parceret. Itaque pium quidem propositum tenet fidem suam in Deum nunquam fallendi, etiamsi sibi sit succumbendum Cap. XXI. 16. Summis tamen doloribus animi et corporis obrutus properam sibi mortem exoptat, spe omni recuperandae valetudinis

rem tulisse. Thefin ipsam, haud inuiti concedimus, a nemine sui compote fuisse affirmatam, sed quis nescit saepe *κατα το ἦρον* negari, quae *κατα τῆν δια- νωαν* affirmantur. Quotusquisque aduersus diuinam prouidentiam in regendo hoc terrarum orbe fremit, sibi aliisque persuadet, nimis asperse se a Deo haberi, cum aliis impune omnia succedant, iustiozem se Deo re ipsa pronuntiat, et iustissimum numen iniquitatis accusat. Qui posteriori interpretationi fauent, eam ex Ps. CXLIII. 2. Prou. XX. 9. illustrant. Rursus hic noster intercedit interpres, et part. *נ* pro *ע* vel *לפני* stare negat oblitus loci Num. XXXII. 22. Certe ipse Iobus Cap. IX. 2. 3. nostrum oraculum ita interpretatur, doctrinamque sibi notissimam continere proficitur, atque adeo praeter rem sibi obiici. Sed aliam nobis oraculi huius *ἐξηγησιον* exhibet Vir Cl. qua Manichaeismus, vel quaecunque alia absoluta mali necessitas ex negata impossibili cum creatione hominis integri, tum restitutione lapsi asseritur. Hanc etiam subesse causam, cur Iobus tenacissime insistat, hominem a Deo intuitu redemptoris iustificari, et per eius iustitiam imputatam coram Deo iudice stare posse. At enim vero his coniecturis primo ipsa dictio Hebraea non respondet, quae neque creationem, neque iustificationem per mediatorem, sed statum hominis lapsi nobis pandit, quod non tantum subiectum *אמר* sed et praedicatum *יצדק* comprobant: secundo falso principio de Sathana Eliphazo imponente innituntur. Nec felicitus procedit, quae ad comparisonem hominum cum angelis v. 18. institutam vir doctus obseruat. Ineptissimam gentium superstitionem olet portentosus Saturni et Veneris ortus, quam viris sapientibus et piis impingere summum nefas. Vim verbis inferri credit, si ex communi interpretum opinione de Deo angelis non credente ita accipiantur, vt, omnibus numeris absoluta perfectio illis denegatur, quae quantacunque est, semper tamen respectu Numinis immensi arctis limitibus circumscripta manet, adeoque suos defectus etsi non peccaminosos admittit, quos ipsa confirmatio in gloria coelesti remouet. Ipse tamen violentas manus textui iniicit, dum Phrasas synonymicas *עבדתי לא יהוה* de quocunque alio homine pios Dei seruos imo et angelos inertiae suspectos habente accipit, et v. 19. concussionem horum Dei seruorum sub aspectu stellae *עש*, quo nomine Saturnum describi cupit, somniat. Totam hanc pericopam de angelis v. 18. inchoatam non Eliphazi instantis, sed oraculi ab Eliphazo auditi esse, contra COCCEIVM, SCHMIDIVM, et MICHAELIS euicit post SCHVLTENSIVM Ven. BAVMGARTEN ad h. l. vbi plura de difficili horum verborum sensu, quem nonnulli ipsam quorundam angelorum lapsum inferre credunt, legi possunt. Quicquid inter homines sapientia, virtute, et sanctitate eminet, id iam v. 17. remotum est. Quare si argumentatio recte procedit *עבדתי* v. 18. non sunt homines, sed iidem, qui Ps. CIV. dicuntur *משרתים*. Miramur profecto in tanta luce, quae cap. XV. 15. et cap. XXV. 5. suffunditur, virum Cl. tenebris

implis

nis abiecta. Haec fuit causa tentationum grauissimarum, quod ex afflictissimis rebus suis absolutum aliquod decretum aduersus suam in hac vita salutem factum esse conciperet in altera demum vita per beatam Dei visionem expectandam. Vnde meditatione tristissimi

implicari. $\tau\omega\ \psi\psi$ h. l. Saturnum definire nunquam probabit. Non equidem negamus Cap. IX. 9. et XXXVIII, 32. sidus quoddam hoc ipso nomine insigniri, sed quale illud sit, nesciunt, quotquot ad Astrologiam Iobaeam commentati sunt. IOH. COCCIVS ipsum Polum, vel septem quae vocantur Triones, Paraphrases Chaldaeus Gallinam, BOLDVCCIVS Zodiacum, Cl. HYDIVS lucidam stellam aurigae, alii alias stellas concipiunt, quae omnia incertiores reddunt lectorem, ac erat dudum. Nobis non congruum videtur, nomina siderum ex fabulis orta et recentioris haud dubie inuentionis antiquissimo huic monumento inserta esse. Rectius se commendant Cl. SCHULTENSII coniecturae, qui ex Iob. III. 24. et I Sam. I. 16. probat $\tau\omega\ \psi\psi$ stare pro $\tau\omega\ \psi\psi$ $\tau\omega\ \psi\psi$ verti debere: sicut rinea. Confer. MICHAELIS annotationes vberiores ad h. l. Omnes has fyrtres feliciter transuexisset vir doctus, si scopum totius oraculi accuratius inuestigasset, qui alius est apud Deum reuelantem, alius apud Eliphazum audita repetentem. Finis, quem Deus intendebat, hic erat: vt omnem offensionem, quam Iobus perinde ac alii, in primis amici collocutores ex tantis afflictionibus capturi essent caueret, atque vnumquemque in officio retineret. Proinde iam satis erat nosse, neminem mortalium coram Deo ita integrum esse, labisque purum, vt cum sanctissimo iudice $\pi\epsilon\upsilon\varsigma\ \epsilon\pi\alpha\iota\omicron\theta\epsilon\tau\omega\varsigma$, $\pi\epsilon\upsilon\varsigma\ \pi\alpha\iota\delta\epsilon\iota\omega\varsigma$ et $\delta\iota\kappa\alpha\iota\omicron\sigma\tau\omega\eta$ affligente contendere, et de illata sibi iniuria conqueri queat. Quae si recte obseruata fuissent, Iobum non solum ab omni fremitu aduersus prouidentiam diuinam, sed et amicos a temerariis de pietate Iobi iudicii saluos praestitissent. Sed recte dicta male applicantur. Eliphazus ex hoc ipso capite durius de Iobo staturbat, ita inferens: Deus fucata pietate decipi nequit, qui occultissima peccata ita nouit, vt nemo ab omni labe immunis sit; Ergo Iobus, qui diuinitus affligitur, vultorum peccatorum reus est, grauiusque peccat, quod ad innocentiam suam prouocat. Vtroque modo peccabatur in Iobum. Ceterum diuinitatem oraculi huius ex ipsis eius visceribus demonstrarunt AVG. CALMET in Commentario suo ad Iobum, ANDREAS KORTVMIVS in paraphrasi, et Ven. SIGISM. IACOB BAVMGARTEN. Ipse Iobus auctoritatem eius diuinam agnoscit Cap. IX. 2. XIV. 4. Neque Cap. XLII. 7. 8. dubitare nos sinit, intimum Eliphazo cum Deo commercium intercessisse. Sed pergitur. Vir doctissimus, quocumque se in interpretando Iobo vertit, videt Mosen et Pharaonem. Ita Cap. XII. vaticinium de liberatione Israelitarum et internectione Aegyptiorum exhibetur, quod cap. XV. ab Eliphazo refutatur. Cap. XX. Zophar Mose illudit, quem Cap. XXI. Iobus defendit, ipsumque vaticinii sui complementum amicis monstrat. In primis ad Cap. XXVI. 12. prouocat, vbi euidentissime de miraculo diuini maris exponatur. Sed supra iam hunc locum discussimus et monuimus, non ex tate argumentum, quo probari queat, Aegyptum iam tum nomine $\tau\epsilon\tau\tau$ innotuisse; taceo, nonnullos adhuc dubitare, an vnquam Aegyptus hoc nomine

stiffimi obitus a Deo scire cupit, quo scelere, quoque flagitio haec meruerit, immunem a peccatis voluntariis conscientiam sibi esse, propter peccata vero infirmitatis, infantiae et ignorantiae non aequum sibi videri, vt Deus adeo dure in suos animaduertat, nullo discrimine inter pios ac impios obseruato. Cap. X. 2. 3. XXIII. 15. Amici contrarium in omnibus tuentur, vt in disputationibus euenire solet. Opponunt Iobo aliam falsissimam hypothefin, qua omnes, qui singularibus fati diuinitus premuntur, pro impiis reputantur, nemoque piorum eiusmodi calamitatibus obrui potest, quales nunc Iobus experiebatur, in quibus et liberi cum bonis omnibus perierant, et ipse sibi pereundum esse putabat. Iobum igitur non solum hypocriteos et nequitiae, sed et pertinacissimae impietatis et blasphemiae in Deum, aliorumque peccatorum accusant. Cap. VI. 4. XIX. 6. quid quod a verbis gestibusque contumeliosis non abstinent Cap. XXII. 7. quo ipso non solum afflictissimo Iobo nouas afflictiones addunt, sed et pessimo exemplo sunt domesticis Cap. XII. 4. 5. XIX. 18. *** Ac licet in thesi egregia multa de sapientia, po-

tentia, mine veniat. Aliam nobis hypothefin subministrat celeberrimus SCHVLTENS, qui per אריב monstrum marinum formidolosissimum, crocodilum, innui credit, quod a Deo inter tonitrua et fulmina, de quibus v. II., suborta tempestate in litus eiectum, et ad scopulos allisum male perit: Cogitent, et inquirant eruditi. Nisi vela nobis contrahenda essent, idem de aliis locis, in quibus nostro interpreti Israelitae et Aegyptii occurrere videntur, ferendum esse iudicium, facili opera demonstrarem. Vide interim nonnulla loca a FRID. SPANHEMIO vindicata in Histor. Iobi c. 8. Vnum hoc addidisse sufficiat, me non concipere causam, cur neque Moïsis, neque Pharaonis, neque Israelitarum, neque Aegyptiorum nomina vnquam in Iobi libro expressa sint, si secundum mentem nostri interpretis tanta et tam proluxa Iobo super illos cum amicis intercesserunt disputationes. Forte vero, vt lupus in fabula, nominari non debuerunt.

*** Eo vsque autem et Iobum et amicos in feruore disputandi processisse, vt conuictis se inuicem profcinderent, ipsumque Iobum bubulum, et pullum onagrū, Moïsen vero מוֹיִשֶׁה appellarent, cum omni grauitate morum pugnat, neque ex ipso Iobi libro vnquam probabitur. Ita cap. XV. 20. per רשע Iobum innui ex addito רשע euincere elaborat Vir doctissimus, sed frustra laborat, siquidem, praeter magnam latitudinem huius vocis, quae ex ipsa eius cum רשע constructione patet, monente VITRINGA in Commentario in Esaiam P. I. p. 229. ipsa series accentuum docet רשע cum subiecto suo neutiquam coniungi debere, tamen si se ad illud referat. Pergit Eliphazus in absoluenda tela quam v. 17. coeperat. רשע רשע כל ימי רשע omnes dies siue totam vitam improbi quod attinet, רשע רשע רשע ille cruciatur et trepidat, semper sibi timet: neque Eleonasmum, neque Iobum hic video.

tentia, in primis de iustitia et benignitate Dei disputent. Quapropter etiam apostolus Paulus aliquod Eliphazi effatum tanquam diuinae auctoritatis testimonium allegauit 1 Cor. III. 19. Omnia tamen finistre applicata videmus. **** Boni illi viri * aeque, ac Iobus, ignorabant mysterium crucis, qua pii probantur, rati, iustitiam Dei aliter vindicari non posse, nisi Iobo hypocrisim impingerent. Iobus ad singulas amicorum inculpationes respondere non moratur. Ostendit, se non minus potentiam, sapientiam, bonitatem et iustitiam agnoscere diuinam, atque adeo

G 3

aduer-

**** Haec ipsa effata amicorum praetextuntur ab illis, qui auctoritatem canonicam libri Iobi infringunt, quos vide a Ven. IOH. GOTTLÖB CARPZOVIO profligatos in introductione saepe citata Tom. II. p. 64. Disputatum fuit olim in Belgio, vtrum dicta amicorum Iobi *θεορευσις*, et eius sint auctoritatis, vt ad probanda fidei dogmata tute possint adhiberi. Negauit hoc GIBERTVS VOETIUS P. I. dispp. select. ideo quod ex Iob. XLII. 7. et totius Scripturae analogia constet, errasse illos grauissime, asserentes, neminem a Deo affligi, nisi hypocritam, aut scelere nobilem. Contradixit VOETIO SAMVEL MARESIVS, cui respondit ille P. V. dispp. Select. p. 634. Negari nequit, amicos Iobi non tantum in hypothesi turpiter errasse circa personam eius et afflictiones, quas pro poena scelerum habebant, sed et in thesi circa causas immisissarum a Deo calamitatum, et probationum finem. Hinc etiam ex nostris B. THEOD. HACKSPANIVS in notis Phil. Theol. P. I. p. 854. Elihu et reliquorum Iobi amicorum dicta Spiritus S. verba esse, quibus articuli fidei demonstrari queant, negat. Nos probe distinguendum existimamus inter *αυθεντικας* normae et *αυθεντικας* historiae. Quaedam ab amicis Iobi prolata, vel ipsum *θεορευσις* additum habent testimonium, quale exemplum habemus cap. V. 12. seqq. vel cum aliis scripturae testimoniis *θεορευσις* exacte conueniunt; ita Paulus 1 Cor. III. 19. verba Eliphazi in argumentum theses suae adduxit, cum solempni *αυθεντικας* elogio: *νεγκριται γαρ* etc. Haec normam fidei morumque praebere nemo pius negabit. Quaedam vero ex inanibus praecudiciis procedunt, quae ab ipsis impulsu Spiritus S. dicta esse, atque adeo normam fidei morumque sistere, nemo pius asseret; cum tamen Scriptori S. a Spiritu sancto inspirata sint, ne quid praeter mentem ipsis affingat, *αυθεντικας* historiae gaudent. Singulos Iobi amicos bonos viros fuisse egregie prorsus dicta de iustitia, de maiestate diuina, de necessitate et vtilitate conuersionis, de infelicissima impiorum conditione docent. Impium ergo foret, eos impiae superstitionis et collusionis cum praestigiatoribus Aegyptiis arguere. Sed in hypothesi eos ex ignorantia mysterii crucis varie errasse: itro largimur. Omnium optimum, etsi a multis deterior habeatur, Elihu vocare non dubitamus. Non nescio B. nostrum Lutherum duriorum in Elihu fuisse, sed iniuriam fieri viro pio, et quae in versione nostra Germanica thraconice dicta videntur, in ipsis fontibus a legibus modestiae non adeo discrepare, integra dissertatione, quae inscripta est: Elihu amicorum Iobi optimum, demonstrauit Cel. ABRAHAMVS WOLFFIUS Regiom. 1718.

aduersus non negantem male defendi veritatem, grauissima oratione se a criminibus obiectis purgat, illaefamque conscientiam testatur C. XXVI. XXVII. C. XXX. et XXXI. Ita in vtramque partem aliquamdiu disputabatur. Praecipue tres insultus amicorum obseruamus. In primo conflictu singuli incusant Iobum laesae clandestinis peccatis conscientiae, poenitentiam suadentes Cap. IV. XIV. In altero magis exacerbati, quod consilia respueret, hypocriseos et superbiae Iobum arguunt, iudicia diuina in impios et hypocritas depingunt, procacissima dieteria adhibentes Cap. XV. XXI. In tertio conflictu in Iobum inuehuntur, quod ex conscientia bonae causae cum Deo colloqui et innocentiam suam perorare optasset, pessime haec vota interpretantur ostendentes hominem coram Deo iustum non esse. Cap. XXII. XXXI. Prolixissimis disputationibus, in quibus quid feruor possit cernimus, tandem finis imponitur 1) ab Elihu Busita, qui, cum ceteris iunior esset, hactenus attente audierat in vtramque partem disputata, nunc diuino motu repletus rem accuratius et modestius proponit, atque sermonibus quatuor euincit, cum amicis, tum Iobum, peccasse; amicos, quod falsas hypotheses aduersus Iobum vrgerent; Iobum, quod ex calamitatibus suis colligat, Deum sibi maxime iratum, nescientem, summo rerum arbitro competere ius suos explorandi, quibus omnibus paraenesin subiungit, vt se submittat, et felicem rerum exitum expectet. 2) a Deo ipso interueniente, et ex tempestate loquente. Nimirum aliquoties ad diuinum tribunal Iobus prouocauerat. Deus igitur media inter fulgura et tonitrua in iudicium procedit pro more illorum temporum, obtinente solum verbo *αγραφα*, Iobum ad causae suae cognitionem prouocat, et, quae Elihu asseruerat, summum ius in creaturas, atque *ανεξερευνητα τα κρηματα και ανεξιχνιαστος τας οδους* confirmat. Iobus iam piis Elihu verbis commotus, diuino autem colloquio nunc conuictus, Dei iustitiam, sapientiam, et bonitatem, suum autem errorem et culpam agnoscit, atque silentium cum patientia pollicitus deprecatur. Cap. XL. XLII.

§. XVII.

Adeoque patientia Iobi *πολημερως και πολυτροπως* fuit exercita. Sed vbique virum se praestitit *ενδυναμουμενον εν Κυριω και εν τω κρητει της ισχυος αυτου*. Quo animo iacturam liberorum et opum sustentaerit, docet Cap. I. 20. 21. 22. En virtutem Iobi inter duo extrema stantem, videlicet inter *απαθειαν* Stoicam, siue dicas stupiditatem, et inter molitum

mollitudinem, nimiumque doloris sensum. Nam surgens * scindit vestem ** ronet caput, *** ostendit se flagella sentire et dolere, humi vero se prosternens, Deumque adorans ostendit, se in voluntate summi nummis acquiescere, ipsumque prae omnibus diligere. **** Haec est verae patientiae indoles, quae omnem doloris tristitiaeque sensum non prorsus excludit, id foret extra limites vagari, naturamque humanam euertere. Stoicorum hunc *απαθείας* errorem esse scimus, quanquam subinde mentem suam rectius explicuerint. Vid. L. ANNAEVM SENECAM de Prouid. Cap. 2. et Epist. 9. 85. Adde B. IOAN. FRANCISC. BVDDVEM in introd. ad Phil. Stoic. ex M. Antonino S. 5. Gratia naturam non tollit, sed emendat. Ipse sanctissimus noster Mediator non fuit *απαθείς*, proinde dicitur *εν ταις ημεραις της σαρκος αυτου δεησεις και ικετηριας μετα κρανυης ισχυρας, και δακρυων προσευχας* Ebr. V. 7. Quid quod? Israelitarum *απαθεία* in afflictionibus vitio vertitur Ier. V. 3. Itaque non sunt *αουσατα* dolere calamitates, et pio animo sufferre. Ipsum Spiritus S. iudicium v. 22. Iobum ab omni suspitione liberat, et calumnias diaboli confundit. Eadem animi constantia Iobus noster intensissimos dolores aegerrimi corporis sustinuit per Cap. II. 10. Nam cum testa scabentem * et in cinere confidentem vxor inter-

- inter-
- * Vtrum a cibo an a negotiis surrexerit, nemo desinit. Surgere in sacris literis saepe est aggredi agendum aliquid 2 Sam. XIII. 31. Ion. III. 6.
 - ** Vestes lacerare in antiquissimis luctus signis obtinet, *כעל* vestem superiorem notat, a tunica, inferiori veste, diuersam. Vid. AVG. CALMET. Prolegom. et differt. Tom. I. p. 581. et IO. CHRIST. WICHMANNSHAUSEN differt. de *קריעת הבגדים* f. laceratione vestium apud Hebraeos vltima Witeb. 1716.
 - *** Disputatur de potestate vocis *נא*. auellendi notio placet IOH. COCCIO, rondenii BOCHARTO et SCHVLTENSIO. Sane ab impatientia mellebri, quae crinibus vellendis se solari solet, Iobus alienissimus fuit. Ceterum de ritu hoc pro diuersitate populorum et temporum diuerso legi potest post Olympiodorum in catena patrum Graeca SPENCERVS de legibus Hebraeorum L. II. cap. 18.
 - **** Solictos habuit interpretes effatum Iobi Cap. I. 28. *עם יצתי מבטן אשר שמה* redire non posse, hinc a multis *δευτικώς* deflexum ad terram, cuius in sinu velut vtero sepeliuntur mortales. Aliis *אשר* per speciem reticentiae est abire, quo plures abiere. Alii vterum etiam in priori versus membro figurate exponunt, de prima hominis origine Gen. III. 19. Nos Iobum vti que in priori membro vterum proprie sic dictum respexisse tenemus, sed alterum improprie nos ducit ad gremium terrae, quae communis mortalium mater nominari solet, ventremque habere dicitur, quo omnia recipit per mortem soluta.
 - SEB. SCHMIDIO probabile videtur, quod istud scabere ante vel extra rem publicam Israelitarum fuerit inter ritus lugentium, sicut sedere in cinere: crudelem alias in scriptura inueniri ritum incidendi corpora, quo hic longe mi-

tior

interpellaret, grauiter illam increpuit, aequissimum ratus, vt, qui bonum a Deo acceperit, etiam malum ferret, id quod nouo elogio a Spiritu S. ornatur v. 10. **

§. XVIII.

Haftenus vidimus patientiam Iobi immotam, iam videamus etiam luctantem. Hae enim sunt vicissitudines piorum grauius tentatorum. Hucusque Iobus virum se praestiterat, cuius constantia omnia aduersa superat, ne verbum quidem illi exciderat, quo minimus doloris ex vulneribus inflictis sensus constaret. Omnis dolor in animo se continuerat, tandem vero erumpit, atque ita erumpit, vt demonstraret, non stupore quodam factum esse, vt gemitus tam diu cohiberentur. Frenauerat illos animi magnitudo. Si nunc prodeunt, tribuendum hoc non est impatientiae, quasi ab aduersario suo et patientiae taedio victus vinci se tandem dolore pateretur, sed incrementibus acrumnis, suspicioso amicorum silentio auctis. Vtique Iobus rectius fecisset, si tacuisset, sed dandum est aliquid humanae imbecillitati, a qua Iobus perinde, ac piissimi homines, non erat immunis. Quae si probe obseruentur, cauebimus, ne in interpretatione Cap. III. aliorumque Iobi dictorum vtrinque peccemus. Peccant in excessu, qui Iobum blasphemiae, saltem impietatis, accusant, quandoquidem omnium, quae

tior sit, et forte illi originem dederit. Sed vide quae contra monuit Ven. BAVMGARTEN p. 238. Sane ratio dari nequit, cur Iobus testam adhibuerit, cum culter, aliaque instrumenta non deessent, si dolores corporis augere voluisset. Omne punctum tulisse videntur, qui acrimoniae vlcera leniendae testam adhibitam coniciunt. Ex sententia Cl. IO. ADOLPH. HOFFMANNI Iobus arido puluere vlcera consperxit, quem refutauit Cel. REIMARVS in. notis. Apud LXX. interpretes sedet noster in stercore extra urbem, CHRYSOSTOMVS Hom. 5. ad populum Antioch. refert, multos suo tempore longam et transmarinam peregrinationem a terrae finibus in Arabiam instituisse, vt finum illum cernerent, et terram deoscularentur, quae illius victoris certamina et cruprem omni auro pretiosiore fufceperat. At enim vero in ipsis fontibus nihil de sterquilinio, nihil de sessione Iobi extra urbem quicquam extat. Ipse confessus amicorum Cap. II. et cubile Cap. VII. 14. docent, Iobum domi in cinere fedisse, non vt vulnera leniret, sed vt lugeret.

* Nonnulli hoc Spiritus S. testimonium ita interpretantur, Iobum non quidem ore, sed animo, peccasse; ita IOH. ADOLPH. HOFFMANNVS. Quae si vera essent, omnino minuerent laudem, qua Iobus est mastratus. Sed insignis vtiq; palma est, quae Iobo etiam hoc loco tribuitur, quod ne labii quidem suis tam procliuiibus ad peccandum, et quibus frenum non potuerat ponere vxor, offenderit. Additamentum וְיָרַבְרָבִּי aliam paulo post faciem Iobi nostri fore docet, cuius animus quidem constantissime Deo adhaeresceret, sed cuius labia non semper se continerent, in querelas acerbiores abrepta.

quae inter homines fuerat, causam influxui siderum tribuat. * Sed non attendunt familiarem orientalium dictionem viuidiorem esse nostra. Res exprimunt phrasibus, quae infra significationis suae vim explicandae sunt, vt iusto sensu reddantur. Verborum igitur duriorem, quoad fieri potest, vis est mitiganda, non augenda. Doloris acerbitatem sentiens melius sibi fore credebat, si nunquam natus esset, ac si tot malis tantum non opprimeretur. ** Quid multis? Si Iobus impatientiae et blasphemiae reus est,

Satanas

* Ineptissimum hunc errorem multi Iudaeorum Iobo affinxerunt, quorum vestigia prescit IO. ADOLPH. ROFFMANNVS. Mirari subit neminem de Cometa quodam cogitasse. Sed haec gloria nostro relicta erat saeculo, vt, vbicumque in Scriptura sacra stellae aut cuiusdam iudicii diuini sit mentio, Cometa demonstraretur. Tangunt haec librum singulare nuper de ea re scriptum, cuius auctor originem mundi, diluuium Noachicum, insignia miracula mortem seruatoris comitantia, ex doctrina cometarum explicare suscepit. Rationem si quaeras sufficientem, a posse ad esse concludit. In primis hoc male me habet, quod miraculosam mortuorum resurrectionem ad processum quendam Chymicum a KIRCHERO confictum exigat. Si TYNDALIVS quis, aut WOOLSTONVS ita Iuderet, non mirarer, sed virum, qui alios veritates religionis Christianae docet, ita scribere posse non concipio.

** Negat nouus interpres Iobum vnquam diei suo natali maledixisse, et si asperius de eo statuisse non neget. Urget potestatem vocis קלל, quae nunquam inferat: maledicere alicui, sed: malum dicere aliquid. Miratus sum Virum Ebraica probe doctum haec scribere potuisse, cum loca prostant disertissima, quae imprecandi notionem stabiliant Sic: Deus Gen. IX. 21. iurat se non amplius terrae maledicturum i. e. poenam diluuii immisurum. Sic BILEAMVS iubetur execrari Israelitas Deut. XXIII. 5. Ios. XXIV. 9. Sic Elifas pueris sibi illudentibus imprecatur. 2 Reg. II. 24. Sic קלל opponitur כרך Ps. CIX. 28. Vnde satis constat קלל saepe stare pro ארר, qua voce cum Ieremias in maledicendo natali suo vtatur, nescio qua fronte Vir doctus hoc negare potuerit Ier. XX. 14. Iobum non diem ipsum natalem, sed festiuium annum respexisse, vnde probabit? cum manifesta prostant verba: יום ארר בר ופנתהיבם fictis non restringenda? Vnde probabit futurum יבאר pro praeterito stare, cum inter omnes constet, Hebraeos optatum modum, quo carent, per futurum saepe sine addita particula exprimere? Ipse suo gladio se iugulauit Vir doctus Cap. X. 18. Sed instat impossibile Iobi votum fuisse, ab homine sui compore non expectandum. Prius verum, Posterius ipsa experientia negat, quae docet, homines saepe ex affectu ultra, quam dici potest, commoto, in votis suis regulam non obseruare: factum infectum fieri nequit, saepiusque locum et tempus, non causam, vt causam detestari. Ita Dauidem montibus Gilboa ex dolore mortis Sauli et Ionathani imprecatum legimus 2. Sam. I. 21. Profecto Ieremias non tantum diem natalem, sed et nuntium natiuitatis suae execrando, Ionas ex indignatione vitam ipsam aspernando, grauius peccarunt, ac Iobus, qui, dum natalem suum detestatur, significat: 1) malle se diem illum, quatenus est principium vitae aerumnosae, nunquam extitisse, quod quum impossibile sit, velle se, 2) vt memoria eius ex annuo dierum circuitu deleatur, saltem ab omnibus pro die nefasto reputetur. conf. v. 4. seqq, vbi Iobus, quae de die natali, et nocte profeminatrice v. 3. concisus dixerat, fufius exponit, ita, vt a) diem natalem atro carbone notatissimum velit v. 4. 5. 6. b) Dein ipsam noctem infautissimam compellet v. 6. 10. Vltra hunc scopum qui progreditur, et Iobum spe omni vitae aeternae caruisse

H

CUM

Satanas Iobum superavit, et Scriptura S. patientiam Iobi deprædicans, suspecta, ne dicam mendax, est. Verba igitur loquentis ita accipienda sunt, vt omni impietatis suspicione, quam primo intuitu ingerunt legentibus, liberentur. Non tamen in defectu ita excusandus est, vt omnia eius effata culpa vacare iudicemus. *** Vtique quaedam prolata sunt, quae viuida nimis et modum excedere videntur. Miles est, qui strenue hosti resistit, eundemque etsi non sine vulnere, superat. Tentatus Iobus a diabolo doloris acerbissimi stimulos animo patitur, quorum molestias diu perfert, tandem asperiora quaedam ore excidunt, quae aestui doloris danda sunt, sicuti veniam damus aegrotis, quem morbus angit. Quamobrem non tantum iteratis vicibus constantem in Deum pietatem spondet, sed et ad se rediens incautius dicta deprecatur. Quicquid igitur Iobus in his omnibus peccauit, peccauit ex infirmitate, quae pios ex statu gratiae non deiicit. Hic autem finis erat a Satana fixus, vt, si fieri posset, oppressus gratia Dei excideret. ***

§. XIX.

cum IO. CLERICO asserit, viro sancto iniuriam facit. Non vacat totum Cap. III. perustrare, ne falcem in messem Cel. SCHVLTENS et Ven. BAUMGARTEN immittamus. Duo adhuc obseruasse sufficiat, ad v. 5. יוֹם כְּמִרְיֵי יוֹם dupliciter accipi, aliis pro amaritudinibus diei, siue omni eo, quod diem amarum et formidolosum reddere potest, pugnantibus, (ita versio anglicana habet: let the blackness of the day terrifie it.) aliis pro atratoribus dierum, siue dierum obseruatoribus, qui dies infaustos notant, militantibus. Conf. Ven. nostri SALOM. DEYLINGII obs. sacr. P. III. obs. 13. p. 128. Ad versum 8. antiquissimis temporibus eiusmodi magos extitisse, qui incantatoria verba habebant venalia, quod ipsa Bileami historia comprobat. Iobus hos superstitiosos mores l. c. respicit, Ipsa eius verba יִקְבְּרֵי אֲרָרֵי יוֹם הַעֲתִידִים a Cel. SCHVLTENSIO inuita accentuatione redduntur: nominatim designant eam imprecatores diei, promptissimi quique, excitatricem Leuiathanis. Magis congruere videntur, quae HENR. BENED. STARCKE in notis selectis criticis ad loca dubia V. T. P. II. p. 2. habet: execrentur eam, qui maledicunt diei natali, siue temporis vitae suae (diem autem sumi quandoque pro tempore notissimum) qui parati sunt excitare Leuiathanem. Leuiathan in ipso Iobo et Psalmis describitur vt monstrum aquaticum. Noster interpres cum nonnullis aliis satanam hoc nomine innui cupit, sed praeter necessitatem a p. cione vocis propria ad tropicam deflectitur. Siue crocodilum, siue cetum dentatum concipias, perinde erit, dummodo obserues phrasin Iob. 41. nemo est tam ferox, vt excitet, i. e. in praelium concitet eum. Est igitur excitare Leuiathanem rem tentare impossibilem, periculi plenam, adeoque, qui parati sunt excitare Leuiathanem sunt homines, qui desperabundi praesentissimo periculo se exponere cupiunt, spe finiendae vitae miserrimae.

*** Omnium maxime in defectu peccasse videtur IOH. PINEDA, qui in vastissimo suo commentario peculiari disertatione de hac Iobi lamentatione auguratur, eam ex perfecta in Deum caritate profectam, sed satis frigide. Ipsa Dei oratio inuectiua, Iobique confessio iterata, certiores nos faciunt, Iobum non nulla imperite dixisse Cap. XXXVIII. 2. argue subinde in Deum iniurium fuisse Cap. 39. 32. 34.

*** Neque enim hunc in finem diabolus has Iobi tentationes concupiuit, neque Deus permi-

§. XIX.

Sed eluctatur tandem Iobi pietas. Quam diu exercita eius fuerit patientia, non liquet. * Nobis nunc de fine domini pauca dicenda restant, vt finem dicendorum faciamus. Datus ille est per Cap. XLII. 10. omnibus Iobi calamitatibus post colloquium cum Deo habitum. Cl. KOCH ex columna ignis Deum cum Iobo disputasse putat, refragante textu Hebraeo, qui dicit, Deum tempestate suborta processisse. Ill. FRID. SPANHEMIVS ex Cap. XLII. 8. 9. colligit, amicos Iobi finita disputatione ad suos reuersos esse, neque testes fuisse diuini ad solum Iobum alloqui. GVSSETIVS et CLERICVS per captiuitatem Iobi captiua pecora et rapta bona intelligunt, eademque arcano quodam instinctu a Chaldaeis et Sabaeis restituta credunt, quod, quomodo cum phrasi Scripturae conueniat, non perspicio. Rectius interpretamur captiuitatem Iobi a Deo remotam de finitione miseriarum, qua Iobus ex aduersitatibus, quibus velut captiuus a Satana tenebatur, in libertatem illis solutus exiit. Ecce modum restitutionis. 1) Sanitatem corporis recuperabat. 2) Facultates amissae duplo augebantur, ** 3) ab omnibus propinquis cominus et eminus habitantibus inuisebatur, neque vero illi *αυμβολαι* venerunt, sed dona obtulerunt. 4) Sine dubio etiam pristinam auctoritatem recuperauit 5) pro decem liberis, quos amiserat, decem alios genuit, 6) ipsum annorum Iobum de-

H 2

permisit, vt *αναμαρτυριος* periculum faceret, sed vt pietatem non fucam probaret. Cap. I. 8. II. 3. Defectionem a Deo malus ille spiritus intendebat, Cap. I. II. II. 5. non qualemcumque impatientiae notam, adeoque cum Iobus ex affectu praecipiti diem suum natalem desideraretur, prorsus nihil lucratus est, quousque Deo ipsi non maledixit, a quo scelere vir piissimus alienissimum se esse toties perhibuit. Quid quod? illa ipsa, quae Iobus incautus dixit, verba magis confundebant Satanam, nouamque calumniandi causam interceptiebant, quasi mirum non sit, quod sub ictibus extus factis ne commotus quidem sit, qui intus intactus manserit a telis irae diuinae, imo Deum sibi praesentissimum extraordinario gratiae influxu fuerit expertus. * Hebraei ad 12 menses, alii ad 7 integros annos durationem extendunt. Nobis illi optime rem expedire videntur, qui pro diuersitate malorum, quibuscum Iobus colluctatus est, etiam diuersam singulorum epocham statuunt. Omnium primum, sic quoque longissimum, malum fuit priuatio facultatum et orbitas liberorum, non, nisi aliquot annorum successione restituenda. Quam diu autem morbus insisterit, nemo facile desinit. Longam et diuturnam fuisse viri probationem ex multis locis patet, vbi sat sibi dierum et mensium malorum esse perhibet. ** Clarissimus Iobi interpres, contra quem disputamus, regias Iobum diuitias ex mari rubro, quo Aegyptii cum immensis opibus submersi sint, expiscatum esse fingit. Ne imputatam fictionem aegre ferat, sub examen vocabimus initium interpretationis Cap. XXVIII. Iobus in eo est, vt demonstrat, tremendas plane et nobis imperuias esse vias Dei, qui vt potentia ira sapientiae solus polleat: ad eam hominibus aditum ita esse praecclusum, vt qui viscera terrae sibi patefecerint, ad sapientiae thesaurus et venas multo

bi decursum Deus eo perduxit, vt post restitutionem 140 annos adhuc viueret, donec placida morte obiret. Fabulae sunt, quae de Iobi sepulchro, nunchic, nunc alibi, conspicuo circumferuntur. Vana fides suo fe indicio prodit. Tarda venit fabulis difficilisque fides.

multo pretiosiores nulli queant peruenire. Nihil aliud ergo relictum mortalibus, quam vt procul adoret, Deumque inaccessam lucem habitare agnoscentes in eius timore omnem suam sapientiam collocent. Quae si obseruentur, sensum fundunt faciliorem, ita e. g. v. 1. 2. inquit Iobus: certe argento est exitus, i. e. nobiles sunt in terra argenti fodinae, locus etiam est auro, quod fundunt. Ferrum expulsiue i. e. terra metallorum matre eruitur, et lapidem fundit sc. metallicus in aes, cui consonat PLINIVS in Histor. Natur. L. 34. 1. 2. pergit Iobus v. 3. finem posuit scil. metallicus fossor (de eo enim sermo est) caliginis, et omnem extremitatem ille inuestigat, lapidem caliginis et umbrae mortis, i. e. lapides abstrusissimos, quae cum conuentibus improbum et durissimum metallicorum laborem satis depingunt. Longo intervallo ab his discedit Vir Cl. et, vt sensum inferat, multis intercalatis, quae ne hariolus quidem cogitauerit, sic vertit: *Is was geschieht nun da? so bestehet und bleibet dennoch fest gestellet, für das mit dem tyrannen und mit seinem beer untergegangene silber ein ausgang an einen un-schuldigen, der es ererben sollte, und für das gold ein ort, nehmlich da, wo man sonst aus meinem hause den unst arb ausgiesset. Eisen, gewehr, und waffen nimmt man auf aus dem beschwerten staube, auch einen sonderlichen stein in ertz eingesset. Dieser auffucher, der den besagten stein gefunden hat, stellet damit dar, als eine endung der dunckelheit, und zur gantzen sache ausmachung der frage, wer dort untergangen sey? einen stein der finsternis und des sebtattens des todes, über dessen anblick euch grin und gelbe werden wird.* Vix mihi temperare possum, quin eadem interpreti nostro regeram, quae de communi horum verborum interpretatione monuit p. 473. Sane non opus erat, vt Iobus aegrotans in describenda re metallica in fodinas descenderet, fossoremque digito porrecto ostenderet וְיָרָא חֹקֵר וְיָרָא quandoquidem inter omnes constat, non eam semper esse pronomini וְיָרָא emphasin, vt praesentem demonstraret, sed quod absentem etiam innuat. Verum cum nobis constitutum non sit, integrum in Iobum commentarium scribere, omnes interpretis nostri παραρρητις examinare non vacat. Relinquamus hanc messem doctioribus, nobis pauca delibasse sufficiat. Otium et vitam concedat summum Numen Ven. Theologo Halensi, vt egregie susceptam in Iobo interpretando telam perficere queat. Sic minime dubitamus fore, vt omnia sua luce radiant, nostroque interpreti ex asse satisfiat. Interim lubens cum Cel. SCHVLTENSII profiteor, nos adhuc lucidiori in Chemia face opus habere, vt tenebras depellere queamus, quae hoc ipsam cap. 28. tegunt. Toto autem coelo errant OBSERVATORES HALENSES, qui Tom. 8. obseru. 13. §. 3. p. 331. Iobo scepticismi maculam affricant, et quae cum de sapientia Dei ἀρχαίων tum de ἐκτοπα reuelata dicta sunt, de sapientia rerum naturalium Philosophica interpretantur. Profligauerunt hanc audaciam REINHARDVS HENR. ROLLIVS in Diss. Iobus Scepticismi immerito accusatus, Dormund 1719. et IOH. DAVID DIETERICVS in Dissert. Iobum non esse Scepticum aduersus Obseruato-rem Halensem, Vit. 1726. Ceterum non per miraculorum congeriem simul et semel sed successiue in duplam partem excreuisse Iobi opes facile concipimus. Multum hic fecerunt dona amicorum, si ex sententia SPANHEMIL נַחֲשָׁת׃ notat ouem, pecudem prolis feracissimam. Vide tamen, quae contra eum monuit Cel. SCHVLTENS ad h. l. nec non Summe Ven. SAL. DEYLING in Obs. S. P. III. Obs. XXV.



Fd 3348

ULB Halle 3
002 500 558




f
sb.

mt.







PATIENTIAM IOBI⁷

ET

FINEM DOMINI

AD

ILLVSTRANDAM ET VINDICANDAM

HISTORIAM IOBAEAM

SISTIT

AC

SVMME VENERABILIS THEOLOGORVM ORDINIS

CENSURAE PUBLICAE EXAMINIQUE

MELETEMA HOC ACADEMICVM

SVBIICIT

PRO LICENTIA

SVM MOS IN THEOLOGIA HONORES

CONSEQVENDI

IN ACADEMIA LIPSIENSI

AD D. XXV ET XXVI NOV. A. R. S. MDCCXXXIII

DISPVTVRVS

M. CHRISTIANVS GOTTLOB EICHLER^{g.}

HOECKENDORFF. MISN.

S. S. THEOL. BACCALAVREVS ET AD AEDEM

D. NICOLAI DIACONVS.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.